um ad ulteriores extendendum esse, quod la-
persequitur Vigl. h.n.7. & *Bachov.* ad vol
I.disput. [illegible]

SECTIO VII.

n edictum de coniungendis cum emancipato liberis hodie sublatum sit?

ertur opinio vel negantium vel distinguentium
nu. 1.& seq. Approbatur sententia indistinctè af-
irmans n. 5. subiiciuntur rationes n. 7. & seqq.
peciosis dubitationibus occurritur n. 16. & seqq.
uperior dubitatio, cuius gratia hæ duæ quæstio-
nes insertæ sunt, cum exemplum hoc secundum
nsu sit, resolvitur nu. 21. & pronepotem hunc
o die necessario non instituendum esse asseritur
num. 22.

† *Videtur hæc quæstio vel simpliciter vel sal-* 1
n in successione ex testamento neganda. † Il- 2
d ideò, *quod in utraque successione* juxta præ-
dent. sect. *hodieque duret differentia inter*
os & emancipatos, ita statuunt præ cæteris ac-
ratius Fortun.Gars, hîc nu. 219.& seqq.*Crot.*
107. *Alciat.*libr. 3 paradox. 10.*Marc. Aqui-*
. part.3. hîc n.137. *Perett.* h.n.12.*Cuiac.*ad
Nov. 118. *eleganter more suo Boët. Epo.* hîc
um. 29. † *Hoc v.* ideo, *quod præterito filio*
nancipato testamentum hodièque non aliter im-
ugnetur, quam iure Prætorio, ex quo edictum præ-
*tum descendit, ita velle videtur Bart.*in l. 1.de
con-

coniung. cum emanc. lib. & *Bolognet. hic n.*
4 167. † *Idem esse putat Bart.* d.l. *si emancipatus voluntariè remedium Prætorium eligeret.*
5 † *Verùm contrariam sententiam, quæ indistinctè affirmat, veriorem esse non dubito; non quidem ex eo quod, ut communiter volunt antiqui, emancipatus retineat ius sui hæredis, hoc enim superiore sect. refutatum est, sed quod emancipatus & jure civili hæres sit, & cessante ratione Prætorii edicti de coniung. cum emanc. lib. nepotem excludat.*
6 † *In hæreditatibus enim deferendis duplex ratio*
7 *concurrit, altera naturalis, altera civilis.* † *Naturalis, filiis tanquam proximioribus totum assem exclusis nepotibus, ad quos deinceps per patrem*
8 *devolvi poßit, addicendum esse suadet.* † *Civilis ius familiæ respicit & suos tametsi remotiores in solidum vocat emancipatumque, tametsi propiorem, tanquam extraneum excludit.*

9 † *Prætor igitur cum ius civile in persona nepotis sui tollere non poßit, nec filium emancipatum iuxta rationem naturalem nepoti præferre, iustissimè edixit, ne vel solus nepos suus vel solus emãcipatus in totum, sed ut uterque in dimidiam hæreditatem admitteretur concurrentibus hinc inde iustis rationibus constituit.* t.t. & l. 1. §. 1. & seq. de conjung. cum emancip. lib. *sicuti & alibi in similibus fieri solet.* l. 40. de hered. instit. §.
10 fin. Inst. de vulg. subst. † *Postquam verò Iustinianus ius agnationis novißimè sua constitutione in succeßionibus non amplius attendit, verùm naturalem sanguinis proximitatisque rationem*

unice-

tuttur, quod non potuit suo edicto Prætor, illi-
lus legulator facile effecit, hoc est, emancipati
oc in casu ius & rationem naturalem restituit,
ideoq; nepotem, tametsi in potestate retentum ex-
clusit, solidissime docti homines Hispani Emm. Costa
p.rt.3. ad h. §. n.212.& 224. *quem imbellibus*
rmis oppugnat infelix æmulus Marc. Aquilinus
.n.117 † *Probatur hæc sententia solido argu-* 11
ento: quod dict.cap.4.Nov.118. *nobis suppedi-*
t. Vbi Iustinianus I. † *omnem differentiam va-* 12
re præcipit in successionibus agnatorum cogna-
rumque non saltem ex sexu verum etiam ex e-
ancipatione causatam. II. Omnes sine qua-
bet huiusmodi differentia secundum proprium
gnationis gradum venire præcipit. † *Vnde* 13
uidem ita argumentor: si spreta agnationis cog-
ationisque differentia cognatus proximior ex-
udit agnatum remotiorem, sequitur, filium e-
ancipatum tanquam cognatum proximiorem
epotem in potestate retentum (filium suum) tan-
uam remotiorem excludere. At verum prius
x d.cap.4. *Ergo & posterius.* † *Ratio consequen-* 14
æ est, quia in hoc differt emancipatus à suo, quod
ra agnationis & familiæ amiserit. † *Dicis. Si* 15
oc verum est, hoc modo nepotes ex altero filio per
nancipatum patruum propiorem à successione
ri excludi.

† *Resp.* 1. *Diversam esse nepotum, quorum pa-* 16
r prædefunctus est, & quorum adhuc vivit, ra-
onem, illi non saltem in civili ratione suitatis,
erum & in naturali successionis, quæ hic saltem

attenditur, generalem arrogare possunt: hi tametsi in locum civilem succedant, non tamen vivo patre suo in naturalem succedere possunt. Ergo nec eius personam ad superiores allegare queunt.
17 *† Unde dum vult Iustinianus nepotes tanquam remotiores cum gradu proximioribus, tum demum vocat, ubi in locum praemortui patris ascendunt.* d. Nov. 118.
18 cap. 1. v. In hoc enim. *† Ex quo nullo negotio corruet palmarium argumentum* Fort. *Garsiae* hic n. 114 *quod tanquam generale emplastrum omnium contrariorum argumentorum probat Boet. Epo.* hic. n. 31. §. quomodo tolletur, *quod praedicta differentiae sublatio faciat saltem ad effectũ succedendi cum suis, ad excludendum verò eos non*
19 *item. † Nec subsistere amplius potest subtile argumentum acutißimi antiquorum Raphael. Cumani* hic. n. 9. *quod tale esse videtur. Vti se habet rescißio emancipationis de iure Pratorio, ita eadem se habet facta per ius civile, de iure civili. Atqui priori casu rescißio emancipationis, quam in danda bonor. possessione facit Prætor.* l. 6. §. 1. de bon. poss. *non alium producit effectum, quam ut emancipatus cum nepote in potestate retento succedat æqualiter de iure Prætorio. Ergo & priori casu, quando Iustiniani constitutio emancipatum suo exæquat, & ita capitis deminutionem rationis successionis, quasi rescindit, ut succedant æqualiter de iure civili.*
20 *† Siquidem differentia inter Prætorem & Principem supra satis fuit ostensa.*
21 *† Ex quibus recurrendo ad superiorem dubitationem, cuius causa has duas sectiones interseruimus*

[illegible] l. exemplum hoc hodieque in usu [illegible]
[illegible] que institutum cum patre suo [illegible]
[illegible] emancipat [illegible], quia cum [illegible]
[illegible] testatori [illegible] succedunt, non iure
[illegible] Vide [illegible] lib.
[illegible] hic opus [illegible].

† Nero [illegible] 22
[illegible] testamentum [illegible]
[illegible] evertere, [illegible]
[illegible] ancipetur, [illegible]
[illegible] atus fuerit. † Ratio ex superioribus patet, 23
[illegible] solus nepos tanquam pro [illegible] ab intestato
succedendi habet. Unde pronepos frustra [illegible]
[illegible] rumperet, [illegible] intestato [illegible]
. ad cuius [illegible] admitteretur, [illegible]
ea, quæ supra sect. 10. diximus, quæ ratio à ne-
[illegible] iure succedendi ad negatum ius testamentum
[illegible] pugnandi tam firma est, ut fere exceptionem
[illegible] llam admittat. Confer latè Tiraq. de jur. pri-
[illegible] g. q. 55. n. 10. & seqq. Pet. Heig. part. 1. q. 25.
[illegible] 1. P. Greg. 44. Syntag. 5. n. 1. & quæ habet Hill.
[illegible] 19 Don. enucl. c. 1. lit. Bb. † Ita rectè hanc 24
[illegible] clusionem contra gloss. astruit, & in facti con-
[illegible] gentia defendit Bart. hic. n. 8. quem sequitur
[illegible] n hic col. 13. & late Bologn. h. n. 16. † Ex hac 25
[illegible] clusione inferunt Dd. hic, ad quæstionem, quod
[illegible] fœmina statuto masculis extantibus à succes-
[illegible] e exclusa, præterita testamentum evertere pos-
[illegible] de quo vid. Carol. Ruin. hic. num. 137. Galiaul.
[illegible] 4. Bologn. n. 68. M. Aquilin. n. 141. usque ad
[illegible] Albert. Brun. in com. super statut. excl.
fœmin.

26 fœmin. art. [illegible] Thessaur. decis. 159. † *Quod tamen verum puto si statutum sit verum & legitimum.*
27 † *Deinde quando ea persona instituta est, quæ testamento nullo condito filiam excluderet.*
28 † *Adde superioribus & Anton. Fabr.* dec. 13. err. cor. pragm. 1. *Hillig.* d. lib. 19. cap. 4. lit. Bb. & lit. Ii.

MEMBRUM III.

De
Definitione sui heredis per fictionem intervenientem.

1 SIc fuit desitio vera sui hæredis, sequitur ea, quæ contingit per quandam fictionem, quando filius ab hostibus capitur, & post mortem testatoris ibidem decidit.

2 † Per fictionem hæc desitio contingit: quia statim ab instanti mortis paternæ suus hæres desiisse confingitur. de quo tractatur

in §. 6.

Scævola:

Quod si quis filium apud hostes habeat, testaretur? quare non induxere: ut si antea quam filius ab

ab hostibus rediret, quamvis post mortem patris, decederet, tunc deinde nepos (vel etiam adhuc illis vivis post mortem scil. avi) nasceretur, non rumperet? nam hic casus ad Legem Velleam non pertinet, melius est ergò, ut in eiusmodi utilitate, præsertim post Legem Velleam, quæ & multos casus rumpendi abstulit, interpretatio admittatur, ut instituens nepotem, qui sibi post mortem suus nasceretur, rectè instituisse videatur, quibuscunque casibus nepos post mortem natus suus esset, rumperetque præteritus, atque etiam si generaliter, quicquid sibi liberorum natum erit post mortem, *aut*, quicunque natus fuerit, *sit institutus*, si suus nasceretur.

† Duæ

† Duæ sunt partes hujus §. Prima continet casum. Altera modum nepotes posthumosq; tàm generaliter quàm specialiter instituendi.

Sectio I.

Hujus paragraphi duæ partes sunt. Prima proponitur n. 1 & per casus duplicis formationem, nec non rationum dubitandi & decidendi positionem num. 2 & seqq. declaratur. Altera pars subjicitur num. 29.

1 † Primam partem obscurissimam fecit & brevitas locutionis Cervidianæ cum crebris interjectionibus verborum conjuncta; & varietas casuum per Dd hîc figuratorum, nec non diversitas lectionum.

2 † *Casum existimo duplicem tractari à Scævola; alterum* expressum *de filio instituto nepote, eidem in casum mortis substituto: alterum* implicitum *de filio instituto pronepoteq; ei vel nepoti quoq; substituto.*

3 † *Iam supra* ad §. præcedentis *initium diximus, Scævolam quasi de industria utrumq; casum, & in formula Galli expressum, & pronepotis instituendi, ex mente Galli per interpretes, juxta* §. 2. & 3. supr. h. l. *elicitum in* §. *præcedenti coniunxisse.*

4 † *In hoc* §. *in eadem forma persistit, & quod antea de filio deportato vel nepote emancipato quæsiverat; hîc ad utrumq; ab hostibus captum accommodat.*

odat, ita tamen uti dicat, ut casum in persona
i & nepotis principaliter formet: in persona ve-
pronepotis implicite saltem inferat, uti postmo-
hoc amplius deducemus.

Casus autem expressus hic est.

† *Titius habet filium conjugatum, is relicta* 5
ore prægnante ab hostibus capitur, inq; servi-
tem conjicitur. Eo capto Titius facit testamen-
m, nepotemq; hunc posthumum secundum for-
ulam Galli, si filius se vivo morietur, *instituit.*
scitur deinde primò avo testatore in civitate,
t, filio in captivitate mortuo, hic nepos. Quæ-
ur num testamentum aviti rumpat, an verò
mente Galli Aquilii ex testamento succedat?
Ratio dubitandi est quia filius per captivitatem 6
us esse desiit. Unde nepos jam tempore testa-
nti à nemine in primo gradu prævertitur, &
ex jure anteriori instituitur testamentumque
n rumpit.
† *II. Quod juxta formulam Galli oporteat* 7
us filium, deinde avum testatorem mori, & tan-
n nepotem nasci, hîc verò primo moritur avus,
nde demum filius.
† *Ratio decidendi est, quod formula Galli per* 8
am hic nepos institutus sit, hanc interpretatio-
n capiat, ut mortis casus secundum eam à testa-
e expressus ad servitutem filii, sicut superiori
§. ad deportationem extendatur. † *Quod si-* 9
li modò hic probat Scævola & per antithesin,
od hic casus L. Velleam non pertineat; quia mor-
testatore nepos hic natus est, & per thesin,
quod

quod licet directo Velleius de eo non disposuerit indicium tamen præbuerit, casum hunc meum Galli esse convenientem, eo ipso dum ad regulam & rationem Galli ipse accommodando multis casum tempore di abstulit, & simul quid ibi senserit, ostendit, confer membr. 1. sect. 4. *quod particula quoque* PRÆSERTIM *innuit, quasi & ante legem interpretationis æquitas extiterit, Lælius Taurell.* hic.

10 † *Non obstant rationes dubitandi.* Non prima, *quia tempore testamenti per captivitatem quidem servus factus est filius, sed tamen quia adhuc spes erat illius revertendi jus sui ipsi non tàm ademptum, quam potius in suspenso relictum est,* arg. l. pen. de suis & legit. *Vndè postmodò testatore defuncto, filius apud hostes ex illo instanti, quo testator mortuus est, & quod vita ejusdem accenfetur* l. 18. §. 1. de man. vind. l. ult. de fidecom. libert. *suus esse desinit & nepos post mortem testatoris nasciturus in ea causa est, ut si in illo instanti mortis fuisset natus, revera suus extitisset. Ergò rectè & secundum formulam Galli institutus esse, exq; ea postmodo natus non rumpere testamentum avitum censetur.*

11 † *Non obstat* secunda ratio dubitandi *quam Scævola hic in* v. quamvis *removet, quia qualiscunque vita filii captivi, hic non consideratur, nec effectum ullum producit ob captivitatē, quæ morti similis est, non retro ab initio ex fictione Legis Corneliæ, quam ad filiosfam. non pertinere infra ad* §. videndum *cum Ant. Fabr.* lib. 10. conj. 3. *docemus.*

[illegible], *sed a tempore mortis paternæ & [illegible]*
facultate redeundi æstimari, quod hic Scævola
[illegible], dum filium redisse negat. *Ergo etiam*
[illegible] quod tempore mortis paternæ ha-
[illegible] videbatur ampliorem considerationem ve-
nire non potest. † *Ex quo patet* §. *[illegible]* d. 12
§. videndum [illegible] *plane convenire, nisi quod* illic
nepos jam tempore testamenti natus & mortis
testatoris successione in locum filii: hic *nondum*
natus, sed nasciturus agnatione suus heres avo effe-
ctus sit. *Cæteroquin utrobique ratio dubitandi &*
decidendi eadem vel certe similis reperitur. *Vt*
fortasse non ita necessum fuerit §. hunc *tam enor-*
miter corrigere [illegible] versu: Melius ergò est,
usque ad [illegible] Ant. Fabr. lib. 9.
conj. cap. 4. *[illegible].*

† *Eadem dubitatio & decisio est in casu im-* 13
plicito, nisi quod utrumque & filium & nepotem
in captiuitate fuisse, & ibi decessisse, præsupponen-
dum sit. † *Implicuisse autem Scævolam casum* 14
alium patet, I. *quia is eodem modo, uti in præce-*
denti §. *interrogatione utitur, & quasi tertium*
hunc modum servitutis, ad quam mortis casus per
testatorem expressus, referendus sit, ad superiores,
deportationem *nempe &* emancipationem
continuat: ergo etiam verosimile est, eum casus
in §. 2. & 3. *ex mente Galli elicitos, coniungere*
voluisse. † *II. Quia Scævola per verba hæc,* 15
quare non [illegible] - *uti rectè habet editio*
Floren. *[illegible] format, non de Gallo, sed*
de ICtis, formulam [illegible] interpretantibus. *Illis*
[illegible] supr. in §. 2. 3. & 4. *verba formulæ ad*

 pro-

pronepotum quoque institutionem pertinent,
16 † *III. quia verba hæc:* vel etiam adhuc illis vivis post mortem scil. avi, *non possunt referri ad casum nepotis, in initio huius §. expressum: tum quia institutio secundum Gallum non subsisteret, si nepos in vita testatoris nasceretur, tum quia nepos hic* illis vivis, post mortem avi *nasci dicitur, quæ vox, stante hoc casu, manifestam contradictionem implicat.* † *Non obstat* vel *legendum esse* illo vivo, *ut vult Gorcen.* in post. not. ad h. §. *quod est omnino, si aut antiquo aliquo exemplari probaretur,* aut *vulgata aliter ex ratione*
18 *juris non defendi posset, placeret.* † Vel *retinendum quidem* illis vivis, *sed per enallagen numeri, quæ incautè & imprudenter Scævolæ elapsa sit pluralem pro singulari intelligendum, ut gloss. Bart. Cuiac. Epo. Pacius & alii hic existimant.*
19 † *Verum pluralis numerus regulariter, salva recti sermonis ratione, vt in simili loquitur Paulus* in l. 8. in fin. de aur. & arg. leg. *pro singulari poni vel intelligi nequit, nisi vel ornatus caussa vel in certis quibusdam vocabulis,* arg. l. non est, 148. ubi bene *Alciat.* de V. S. *Præsertim quando de duobus sermo factus est, & relativum postmodo, ut*
20 *hic, subiicitur.* † *Non obstat* l. 2. §. exactis de O. J. *quia ibi non resolvitur pluralis in singularem, sed ideo utitur plurali,* exactis Regibus, *Pomponius, ut denotaret, non omnes solum Tarquinios exactos, sed quotquot Reges futuri essent.* † *Hoc*
21 *sensu & Cicero pro Rabirio loquitur,* ista laus prima est maiorum nostrorum, qui expulsis Regibus nullum in libero populo vestigium crudelitatis

[illegible] Regi [illegible] fuerunt. Confer [illegible]
[illegible] ad [illegible] [illegible]
[illegible] *Salyceto* [illegible] lib. [illegible]
[illegible] I [illegible] col. [illegible].

† *Sane [illegible] generali lo-* 22
quendi [illegible] *ea-*
dem [illegible] *ratio* [illegible] *masculi-*
nis, [illegible] *habet* [illegible] *saltem unum,*
& similiter, [illegible] hic col. 2. *ad-*
ducit & disputat. † *Quid igitur habendum?* 23
Nimirum verba hæc, vel etiam adhuc illis vivis,
post mortem fil. avi. *parenthesi* [illegible] *denda pu-*
to, hac enim [illegible] *cum in archetypo Floren-*
tino & aliis manuscriptis [illegible] *punctiones*
[illegible] *videas.* [illegible] *postquam Scævola*
vetuit, nepotem, qui post mortem avi & patris
sui apud hostes decedentis nascitur, non rumpere
testamentum, more suo tribus verbis inserit, etiam
adhuc illis vivis, *hoc est, filio, & nepote, de quibus*
dixerat, intellige pronepotem, qui post mor-
tem proavi nascitur, non rumpere. Vnde prin-
cipium hoc integrum, ita intellige. † Quod 24
si, qui filium apud hostes habebat, testare-
tur? quare non induxere? ut si antequam fi-
lius ab hostibus rediret, *hoc est, nunquam redi-*
ret (ut in illo Matthæi cap. I. Priusquam Maria
& Ioseph convenirent inventa est uterum gerens
ex Spiritu Sancto, & paulo post: Non cognoscebat
eam donec peperit filium suum primogenitum, hoc
est, non quod postea vulgari more feminarum im-
prægnata fuerit, ut [illegible] *Helvidiani hære-*
[illegible] *teste Hieronym. adversus eosdem,*

calumniati sunt, sed quod nunquam postea duo coniuncta aut simul [illegible] sit. Vid. Cor*as. & Pac. hic. Quamvis* post mortem patris testatoris decederet, tūc deinde nepos (vel etiam adhuc *illis, intellig. filio & nepote, de quibus proxime, vivis, intellige in captivitate*, post mortem scil. avi, *hoc est, proavi, sub intellige pronepos*) nasceretur, non rumperet. † *Solum turbat vox* avi,
25 *in parenthesi posita, quæ ad pronepotem referenda*
26 *non videtur.* † *Verum & proavus, avus est, & ita diserte Scævola hanc vocem usurpavit* in §.
27 præcedenti in fin. † *Ita & nurus appellatio ad pronurum & ultra extenditur,* l. 50. de V. S. *& socer ad prosocerum, gener ad progenerum.* Vid. opt. l. 3. §. 2. de postul. j. l. 51. l. 136. l. 146. in fin.
28 de V. S. † *Et fortaßis non absurdum, si & nepotis vocem ad pronepotem hic referamus, quod velle videtur Læl. Taurell.* hic *quod tanto magis probabile esse poßit, quanto de industria brevitatem & obscuritatem affectavit, quæ commodius quam per crebras intersectiones aut ellypses huiusmodi apparere non potest.*

29 † *In altera parte huius legis Scævola proponit non minus rectè institutionem factam esse in casum aliquem specialem expressum, puta morti, qui deinceps per interpretationem ad quoscunque evenientes extendi poßit: quam si concepta sit simpliciter saltem sine ulla casuum filio contingentium expreßione per formulam duplicem in pr. h. §. positam. Ex quo luculenter de extensione mortis* ad §. præcedent. in pr. *diximus probatur. Confer benè Boet. Epo.* hîc in fin.

DISPU-

DISPUTATIO QUARTA.

Respondente

JOHANNE MAVORS

EIMBECENSI.

MEMBRUM I.

Agit de illustratione formulæ Aquilianæ, quæ continet tres quæstiones dubitabiles, quarum prima tractatur in n. 7. in quo tria difficilia proponuntur & resolvuntur n. 4.

† SIc fuit interpretatio formulæ Aquilianæ: sequitur eius illustratio. 1

† Illustrat suam interpretationem Scævola subjiciendo tres quæstiones dubitabiles. Quarum primam proponit & indecisam relinquit: secundam & tertiam proponit & decidit. 2

† Prima est de institutione nepotis pronepotisve in civitate concepti, apud hostes nati, si præcedente persona ac testatore mortuis ab hostibus revertatur, an ea valeat ex formula Galli, an lege Vellæa? quæ proponitur. 3

calumniari sunt, sed quod nunquam postea viro coniuncta aut impragnata sit. Vid.Cor.q. & Bart. hic) quamvis post mortem patris testatoris decederet, tūc deinde nepos (vel etiam adhuc illis *intellig. filio & nepote, de quibus proxime,* vivis, *intellige in captivitate*, post mortem filii avi, *hoc est, proavi, sub intellige pronepos*) nasce-
25 retur, non rumperet. † *Solum turbat vox* avi, *in parenthesi posita, quæ ad pronepotem referenda*
26 *non videtur.* † *Verum & proavus, avus est, & ita diserte Scævola hanc vocem usurpavit* in §.
27 præcedenti in fin. † *Ita & nurus appellatio ad pronurum & ultra extenditur,* l. 50. de V. S. *& socer ad prosocerum, gener ad progenerum.* Vid. opt. l. 3. §. 2. de postul. j. l. 51. l. 136. l. 146. in fin.
28 de V.S. † *Et fortassis non absurdum, si & nepotis vocem ad pronepotem hic referamus, quod velle videtur Læl. Taurell.* hic *quod tanto magis probabile esse possit, quanto de industria brevitatem & obscuritatem affectavit, quæ commodius quàm per crebras intersectiones aut ellypses huiusmodi apparere non potest.*

29 † *In altera parte huius legis Scævola proponit, non minus rectè institutionem factam esse in casum aliquem specialem expressum, puta mortis, qui deinceps per interpretationem ad quoscunque evenientes extendi possit: quam si concepta sit simpliciter saltem sine ulla casuum filio contingentium expressione per formulam duplicem* in pr. h. §. *positam. Ex quo luculenter de extensione mortis* ad §. præcedent. in pr. *diximus probatur. Confer benè Boet. Epo.* hîc in fin.

DISPUTATIO QUARTA.

Respondente

JOHANNE MAVORS EIMBECENSI.

MEMBRUM I.

Agit de illustratione formulæ Aquilianæ, quæ continet tres quæstiones dubitabiles, quarum prima tractatur in § 7. in quo varia difficilia proponuntur & resolvuntur n. 4.

† Sic fuit interpretatio formulæ A- 1
quilianæ: sequitur eius illustratio.

† Illustrat suam interpretationem 2
Scævola subjiciendo tres quæstiones dubitabiles. Quarum primam proponit & indecisam relinquit: secundam & tertiam proponit & decidit.

† Prima est de institutione nepo- 3
s pronepotisve in civitate concepti, a-ud hostes nati, si præcedente persona testatore mortuis ab hostibus revertur, an ea valeat ex formula Galli, an ge Vellea? quæ proponitur.

in §. si quis 7.

Scævola.

Si quis, qui filium habeat, & nepotem ex eo instituat, nurus prægnans ab hostibus capta sit, ibique vivo pariat, mox ille post mortem patris atque avi redeat, utrum hic casus ad legem Velleã respiciat, an ad jus antiquum aptandus sit? poßitque vel ex jure antiquo, vel ex Vellea institutus non rumpere? quod quærendum eſt, si jam mortuo filio pronepotem instituat redeatque mortuo? Sed cum teſtamentum ab eò non rumpitur, nihil refert utrum ex jure antiquo, an ex lege Vellea excludatur.

GRIBALD.

Si pater inſtituat natum, ex illoque nepotem
Nondum utero egreſſum: prægnans ſit ab hoſtibus inde

Capta manu patriaque illic captiva nepotem
Ambobus genitore & avo viventibus: hisque
Defunctis Romana nepos ad limina salvus
Perveniat, numquid species ad jura vetusta.
Galli haec respiciat, Vellei an dogmata legis?
Hac ut lege nova vel Galli jure vetusto
Elogium non possit avi sic rumpere scriptum?
Hoc etiam dubium simili ratione moveri
In pronepote potest, si tum testator ademto
Hunc proavus nato instituat, proneposque [illegible]
An patrio redeat jam testatore sepulto?
Sed testamentum neutro [illegible] rumpere casu
Is rediens possit, quid scire hoc expedit, utrum
Rumpere jura magis nequeat cum prodeat idem,
Effectus!

† Tria in hoc paragrapho quē multum subtilem & difficilem Jason & Alciat. *hic in pr.* appellant, continentur. I. Ponitur casus. II. Formatur quæstio ad quodnam jus Galline vel Vellei pertineat? III. Responsio subjicitur talis ex qua indecisa quæstio relinquitur. 4

SECTIO I.

De

Casu hujus paragraphi.

Proponitur casus duplex: alter in n. 1. & seqq. alter in n. 4. subjicitur varietas lectionis ib. & vulgata retinetur & defenditur. 5. & seq.

† Casus est duplex, alius de nepote: alius de pronepote in civitate concepto & apud hostes nato, instituto. 1

 † Prior

2 † Prior talis est: *Titius filium habens & ejus nurum praegnantem, filium instituit heredem, & ei eo nepotem, quem ex nuru sperat posthumum, filio per verba generalia nullo casu expresso puta si fuerit mihi nascetur*, juxta §. 1. h. l. & §. praecedente in fin. *vel consilium Pomponii* in l. 10. h. t. (*mortuo enim casus hic non potuit esse expressus juxta verba Gallii; alioqui frustra de L. Vellea quae saltem ad casum, si vivo testatore suus nascitur pertinet, Scaevola hic dubitaret*) *substituit. Nurus illa praegnans postea capitur & captiva apud hostes Titio testatore vivo parit. Moritur deinde primo filius testatoris* (*pater nepotis*) *tandem testator ipse, quod ex litera hujus legis patet: avo scilicet filium praemortuum esse, aliàs de testamenti ruptura per mediam nepotis personam tractari non posset, utpote filio nepotem redeuntem gradu praevertente* l. 9. §. 2. h. t. l. 6. pr. de injust. rupt. Coral. h.) *Mox re-*
3 *dit ab hostibus ille nepos.* † *Quaeritur an is testamentum avitum rumpat? Pro certo ponit Scaevola non rumpere* in fin. §. h. *unde tanquam ejus indubitati rationem ulteriorem non reddit: sed quo jure non rumpat, quaerere occipit? De qua quaestione nos in sectione sequenti, & de vera vel saltem probabili responsione, quam debuerat subiicere Scaevola, in sect. 3. Vtrobique rationes dubitandi & de-*
4 *cidendi inferemus.* † Secundus casus *proponitur* in v. quod quaerendum, *cuius duplex intellectus, vulgaris, uti quoque omnia exemplaria legunt, quod in eo agatur de institutione pronepotis, singularis, quem referente* Gl. hic in v. pronepo-

tem

cum alias [illegible] Iob. & Pileus antiquissimi glossatores quem ex neotericis probat Cujac. hic, *ubi & alteri d. v. [illegible], & pro* instituat *legit ponat quem suppresso nomine bene refutat Henr. a Suerin.* lib. recept. lect. cap. 18 ad h. §. n. *Probat tamen glossatorum defendit* ad h. § num. † *Utraque lectio tanquam dubitationem eandem, de qua quærit Scævola hic ostendens, subsistere potest, sed quia prior est omnium exemplarium etiam Florentini; eandem retinere malo.* † *Et tunc simi-* 5
lis est casus formatio, cum priori, personis filii, nurus, nepotis, duntaxat in nepotis, pronurus, pronepotis personæ mutatis. † *Non obstat, quod si de pronepote loqueretur Scævola non posset dicere* redeatque mortuo *vel ut vulgata exemplaria*: eo mortuo, *sed potius, iis* mortuis (*intellige nepote & avo Alciat.* h. n. 18. & n. 20.) † *Verum non est necesse ut d. vocabulum* mortuo *ad utrumque referatur, sed sufficit ut ad solum nepotem (patrem substituti pronepotis) proavum enim post nepotem mortuum intelligi, ex casu priori, ad cuius similitudinem hic subiicitur, evidenter patere potest.* 6 7 8

SECTIO II.

An hic casus pertineat ad Gallum an Velleam?

Sensus hujus quæst. proponitur nu. 1. & in utramque partem & rationes dubitandi subjiciuntur num. 2. & seqq.

† *Sensus est Scævolæ, cum nepos hic vel pronepos non rumpant testamentum, an hoc fiat ideo quod* 1

aut juri antiquo (l. c. formulæ Galli, quæ ideo sic vocatur, quod novi aliquid circa ipsam institutionem Gallus non induxerit, sed ea quæ per mediam jurisprudentiam constituta fuerant saltem declaravit. Unde sub juris Civilis appellatione eandem Ulp. in fragm. t. 22. §. eos qui 16. *comprehendit) aut L. Velleæ quæ jus novum continet juxta ea quæ* disp. 1 memb. 2. sect. 3. n. 7. & seqq. *diximus, & respectu formulæ Galli novum dicitur convenienter*
2 *institutum censeatur?* † *Pro Gallo facit, quod ille institutus testamentum non rumpat, qui post mortem testatoris suus heres agnascitur. At hic nepos post mortẽ demum testatoris suus agnascitur. Ergo ex formula Galli institutus testamentum non*
3 *rumpit.* † *Minor probatur, quod quanquam vivo testatore naturaliter natus sit, quia tamen in captivitate & ita servus editus est suus natus vero*
4 *testatori dici non potest.* † *Unde non mirum si nativitas ista durante servitute non attendatur, contra vero vim suam omnem ex tempore reversionis, quo hic testator jam mortuus esse supponitur, & nepos jura civitatis vel recipit vel consequitur pro-*
5 *dat ostentetque.* † *Pro Velleo facit: quod ille institutus testamentum non rumpat, qui vivo testatori suus hæres verè vel quasi agnascitur. Atqui hic nepos vivo testatore suus agnascitur. Ergo institutus ex L. Vellea non formula Galli non rumpit.*
6 † *Minor probatur: quod licet in servitute natus sit, tamen reversus fictione juris postliminii, quod captivitatem occultat, vel ut eleganter Marius* l. n. 3. *loquitur, captivitatem ad non captivitatem*

redu-

reductus [illegible] fuisse & ibidem vivo testatore natus [illegible]. † Et postea postliminium 7 *quod in [illegible], aut eius tempore nihil [illegible] ita opinionem p[illegible] tamen omnia posthumo redeunti restitui quæ haberet in præsentia si in civitate natus fuisset* l. 9. de capt. & postl. rev. & [illegible] l. quib. mod. jus P. P. solvitur, *si autem in civitate natus fuisset procul dubio institutio eius ad Velleam pertineret, ergo etiam dum in captivitate. & ita quidem manifeste velle videtur Cujac.* ad h. 9. n.

SECTIO III.

De Responsione JCti.

Subjicitur responsio ICti & eius ratio n. 1. & seqq. circa quam tres difficultates moventur n. 4. de prima tractatur n. 6. de secunda n. 11. super qua referuntur tres sententiæ, ultima rejectis prioribus, probatur n. 12 & pro ea defendenda notabilia nonnulla præmittuntur n. 13. tertia subnectitur n. 31.

† *Sequitur responsio Scævolæ, quod nihil referat,* 1 *utrum ex jure antiquo an ex Lege Vellea excludatur.* † *Rationem hanc addit*, quod certum sit 2 nepotem hunc testamentum rumpere non posse. † *Circa verba tria breviter videbimus* 3 *I. dum ICtus dicit nihil referre ex quo jure excludatur,* an velit omnino inutilẽ esse hanc quæstionem & indagationem? † *II.* an si utilis 4 esse possit, ad ulterutrum jus, si subtiliter inspiciatur, possit referri, an ad neutrũ? † *III.* quæ 5 sit vera ratio cur nepos hic institutus nõ rum-

pat?

5 pat? † Primum quod attinet Bartol. h.n. ex
hoc loco colligit, quod ubi habemus determinatio-
nem veram non debeamus quærere unde illa de-
terminatio processerit, & generalius Iob. Imol. hic
n. quod ubi habeamus decisionem legis claram
non esse quærendum de ratione ipsius legis, unde in-
vestigationem hanc superstitiosam & inutilem vo-
7 *cat* Castrens. h.n.5. † *Verum hæc non immerito*
displicent Iason. h. col. 4. in pr. *nec ex hoc § pro-*
8 *bantur.* † *Scævola enim hic nihil referre dicit;*
quo ad testamentum non rumpendum, si vel maxi-
mè Gallus aut Velleus institutionem nepotis hujus-
modi excludat; cum sufficere possit quod ex alio ca-
pite subsistat; At inde non sequitur, quod inutile sit
vel veram hujus subsistentiæ rationem inquirere,
vel causas propter quas Galli Velleive dispositio in-
stitutionem hanc non contingat; investigare, præ-
sertim cum ICtus lectorem suspensum & dubitan-
9 *tem relinquat.* † *Sane ratio anima legis est sine*
qua ut lex mortuum puditumve cadaver; ita sine
eius cognitione scientia imperfecta & proletaria,
virtus legis, quæ in iusta casuum applicatione, quæ
non semper secundum verba, sed mentem potius le-
10 *gis fit, non minima consistit, nulla est.* † *Imo de*
singulis dubitare quandoq; inutile non est, cum et-
iam quæ dicere supervacuum est, cognoscere prosit,
quæ si quisq; diligenter inspiciat nec faciat operæ
pretium nec tamen perdat operam ait eleganter
Senec. lib. 5. de benef. cap. 1. & lib. 4. cap. 1. in pr.
Confer Schifford. lib. 3. tract. 17. quæst. 9. in fin.
12 † Secunda quæstio *nunc succedit circa quam*
variæ sunt opiniones. Gl. n. hic & Dd. communiter
casum

casum hunc ad Gallum, Accurs. & Cuiac. ad Velleum. Alii ad neutrum pertinere volunt sed vel novam supple[illegible] ex Galli formula Legisve Velleiæ dispositione commi[illegible] a Scævola hic subiici ut Castrens. l. h. n. 5. *quem sequitur [illegible].* n. 10. *vel oblique ad Iuliani casum, de quo in* §. *Ille ca-*sus inf. h. l. *respiciat, ut Raphael Cumanus.* n. 3. *& præcæteris accuratissime, tametsi suo modo barbare & obscure antiquus Doctor Gaffred. Salig-*niac. hic. n. 1. & seqq. *contendunt. quam ipsam sententiam quoque latissime exsequitur, & tanquam proprium inventum sibi adscribit Anton Faber* lib. 9. conjectur. cap. 6. † *Ego spretis* 12
prioribus [illegible] menti Scævolæ esse consentaneam existimo, cui confirmandæ unum vel alterum principium præmittam, unde non tantum veritas illius poterit constare verum falsitas quoque priorum facile deprehendi. † *Scien-* 13
dum autem I. postliminium habere non saltem matrem captivam verum partum quoque ipsum l. pen. de stat. hom. † *II. partum non omnem,* 14
sed vel qui ante captivitatem conceptus est d. l. pen. l. 15. §. 1. et h. §. n. ibi nurus prægnans, *vel qui postea quidem conceptus cum ipsa matre captiva redit,* l. 1. C. de postlim. rev. † Priori 15
casu *etsi mater apud hostes decedat, quia tamen conceptio fuit facta, dum adhuc in civitate esset, habile [illegible] adest, in quo postliminii fictio sustentetur [illegible] ad similitudinem eius, cuius matrem tempore aliquo gestationis liberam fuisse satis est, ut ingenuus nascatur,* arg. l. 5. §. 2. de stat. hom.

hom. pr[illegible] de ingen. *Vnde & [illegible]*
16 *diens postliminium hab[illegible].* † Postea [illegible]
[illegible] apud hostes [illegible] eadem [illegible]
[illegible], quo tempore [illegible]
[illegible] non [illegible]
non nisi cum [illegible] postliminium habere ita intel-
17 *lige* d. l. 1. C. de captiv. & postlim. rev. † [illegible]
Postliminium nihil fingere super natiuitate vel re-
ditu, sed solum super [illegible] aut facto ad
captiuitatem [illegible] est, ut bene explı-
cat. Marin[illegible] & sequent. Æmil. Perot. h.
nu. 1. *non fingit aliquem natum aut reuersum,*
sed vbi verè redit fingit nunquam captum, ubi
apud hostes vere progenitus est, fingit eum in ciui-
tate prognatum, quæ assertio disertissime proba-
tur in l. 16. j. l. 5. §. 1. l. 19. de captiv. & postlim.
reverſ. *adeo hoc potissimum efficit, ut, in quo facti*
veritas desinat, fictione suppleatur, & ibi ipsi ef-
fectus iuris ex hoc ficto facto, qui ex vero esse solent,
consequantur. vide plenissime & solidissime Bart.
in l. si is qui pro emtore 15. de usu cap. n. 4. v.
18 jus postliminii duo habet capita. † *His sup-*
positis, dico; nepotem hunc & secundum verita-
tem & secundum fictionem viuis patre & avo
19 *testatore natum esse.* † Secundum veritatem,
quia cum naturaliter apud hostes natus esset
testatorem avum & filium adhuc vixisse hic Scæ-
vola expresse ponit. † Secundum fictionem
quia iuxta paulo antè tradita a tempore reditus
semper in civitate, nec vnquam in captiuitate fuis-
20 *se confingitur.* † *Vnde patet primò non esse*
hunc

hunc casum referri ad formulam Galli, [illegible]
cir requiri natum esse nepotem post mortem testa-
toris, quo ad nominandum [illegible] fictionem con-
tingere oporteret. † Talis namque hic nulla est. 21
Nam quod communiter Gl. [illegible] imaginant.
nepotem hunc, cum dominum, quando [illegible] ritur,
quod post mortem testatoris fit, suum heredem
agnasci, falsum est & ex supra dictis fictione post-
liminii, quæ super nativitate nihil disponit, sed con-
tingente eam in captivitate saltem retro, in civi-
tate factam esse confingit. † Non curo quæ hic 22
de inhabilitate extremorum Aretin. referente Ia-
son. col.2. & prolixè Alciat. n. 10. & 32. dispu-
tant: siquidem ex præsupposito nullo negocio con-
velli poterunt. † Patet secundò non posse hunc 23
casum ad L. Velleam referri. † Non ad caput 25
primum, quia illud saltem spectat ad eos nepotes,
qui nascuntur post mortem filii in vita testatoris
avi sui heredes. At hic noster nascitur vivo utro-
que & ita non suus cum à patre suo in primo gra-
du prævertatur. † Non ad secundum, quia 26
illud solum loquitur de illis, qui tempore testamen-
ti jam sunt nati; quod instituti testamentum rum-
pere non possint. §. ille casus §. sequenti l.h.l.
hic vero noster adhuc est nasciturus Goffred. Salig.
hic n. 3. † Restat igitur ut ad tertiam quan- 27
dam dispositionem prædictum casum referamus,
nempe ad eam, quam Iulianus induxit in d.§. ille
casus ex duobus capitibus L. Velleæ quasi permix-
tam: † Dum enim hic nepos nascitur post 28
testamentum vivo avo, in co participare videtur
de

de capite primo, cum casu aliquo renatum succede-re in locum patris sui, de capite secundo, & sicuti in d. § illo casus *in simili committuntur hæc capita & vetera quadam* [illegible] *jura oritur. ita & in*
29 *hoc § nostro Saligniac.* d. n. 3. in fin. † *Hoc saltem inter hunc & casum Iuliani interest, quod in hoc posteriori nepos vivo patre & avo vere & sine fictione in civitate natus, & præmortuo patre in e-ius locum ingressus sit; in nostro vero apud hostes editus, & post mortem patris & avi reversus fue-*
30 *rit.* † *Quam ipsam ob causam Scævola casum hunc ab eo qui Iuliani est, separat, & pro Galli formula illustranda, ad quam probabiliter referri posse videbatur, hoc loco tractare voluit, quod ulterius declarat Ant.Fab.*d.l.9.c.6.col.6.

31 † *Expeditâ itaque secundâ difficultate non obscurè patet resolutio tertiæ* quænam sit vera ratio, cur nepos hic testamentum non rumpat? *Ea quod scilicet Scævola ad dispositionem Iuliani auctoritate eius in casu huic nostro, si captivitatem non intercessisse supponas, per omnia simili inductam respexerit, & ad illius exemplum testamentum salvum esse voluerit; præsertim cum militante postliminii jure omne velum captivitatis summoveatur, & non aliter nepos hic ac si nun-*
23 *quam captus esset, consideretur.* † *Vnde hæc est finalium verborum* in h.§.*simplex sententia: cum certum sit propter dictas rationes & dispositionem Iuliani, testamentum à nepote hoc non rumpi, nihil referre, etsi vel jus antiquum vel Lex Vellea uti ab auctoribus suis constituta sunt, nepoti huic*

non

non conveniant, & ita propter deficientia requisita eundem excludant. † *Quæ autem vicissim* 33
sit vera ratio dispositionis Iulianæ, dicemus ad d. §. ille casus l. 1. *plenius.*

MEMBRUM II.

De secunda quæstione dubitabili.

Sequitur secunda quæstio principalis Scævolæ in §. 8. qui duos continet casus n. 2.

† Hactenus de prima quæstione dubitabili: sequitur secunda, *quæ est de pronepotis institutione, cujus pater (nepos) vivo filio testatoris natus & mortuus secundum consilium Galli non recte institutus reperiatur, an ob eandem causam subsistere possit, quæ quæstio proponitur in* 1.

§. forsitan 8.

Scævola.

Forsitan addubitet quis; an istis casibus, si nepos post testamentum nascatur vivo patre suo, deinde ex eo concipiatur, is qui mortuo [a] patre deinde avo nascatur, annon potuerit heres institui quia pater ipsius non rectè institutus esset? Quod mi- [a] Flor. vivo.

nime est expavescendum, hic enim suus heres nascitur & post mortem nascitur. Ergo & sic b *pronepos admittetur qui natus erit ex nepote, postea vivo filio, atque si ex eo natus esset* c *adoptatus.*

b *si*

c *& adoptatur.*

† Duo in h. §. continentur casus, alter principaliter, alter incidenter.

SECTIO I.

De

Casu principali.

Principalis casus ponitur nu. 1. & per rationes dubitandi & decidendi resolvitur n. 2. & seq.

1 † Principalis talis est: *Titius filium, ex quo nurum prægnantem habebat heredem instituit, eiq; verbis generalibus, QVICVNQVE SIBI POST MORTEM SVAM SVVS NASCETVR, substituit. Nascitur mox post testamentum vivo utroq; tàm avo testatore quàm filio nepos, uxoremq; justæ ætatis factus ducit, quâ prægnante factâ, vivo avo & patre suo moritur. Moritur deinceps & filius & ultimo tandem contra naturæ ordinem avus testator. Nascitur postmodo pronepos, de quo ex facto quæritur, an ille per generalem istam clausulam rectè institutus sit, & ita testamentum rumpere non possit?*

† Ratio

† Ratio dubitandi *est quàm hic reddit Scævola*, quod ejus pater (*nepos scilicet*) non rectè institutus sit, vel, *quia cum nascitur, suus non est, qualis tamen omnis, qui ad Galli formulam spectat, esse debet; quod amplius deducit Ias.* h. col. 3. *& licèt forte an præmoriente filio, patre suo, suus fieri queat, non tamen tunc vel institutus ex formula Galli succedere, vel præteritus testamentum rumpere posset, sed potius ex capite L. Velleæ secundo, quippe cum non agnatione, sed successione in locum sui veniat.* † Vel *potius, quia vivo testatore natus est, & sic, ut conditio, sub qua institutus erat deficeret, effecit. Vnde quidem perinde est, ac si ab initio postquam provisio in omnem casum facta non est, non institutus, sed præteritus esset*, arg. l. commodissimè 10. h. t. *Præsertim dum non ante testamentum, qualis licitè præteritur*, ut in §. num si & 4. h. t. *sed postea demum nascitur. Quod si itaque præteritione hac testamentum vitiatur, frustra de successione pronepotis ex eodem speratur.* † *Aliam rationem nec minus elegantem vide apud Hotoman. in legib. obscur.* ad h. §. num. super verb. non rectè. 2 3 4

† Ratio decidendi est: *quod pronepos hic* 5 & suus heres post mortem testatoris nascatur: *quæ utraque conditio est in formula Galli requisita & generaliter in supra dicta institutione per testatorem posita, nec non hic in persona pronepotis impleta.* † *Vnde non* expavescenda est 6 ratio dubitandi, *quia licet hunc nepotem per-*

peram i[n]stituere, quem licitum est plane prœter-
7 *ire.* † *Nec prœteritio ejus vel testamentum vitiat vel suitatem pronepotis impedit: quia suus nunquam fuit, nec quando nascebatur, nec quando moriebatur, utroque tempore à patre suo filio*
8 *testatoris, in primo gradu prœversus.* † *Quod si filius prœdefunctus fuisset, successione quidem testamentum rupisset, & sic pronepoti obstitisset. At quia hoc nostro in casu inverso ordine mortalitatis ipse prior & deinceps demum filius & tandem testator moritur, inde concludit Scœvola: nepotem, ita generaliter institutum perinde esse admittendum atque si vel nullus nepos unquam in medio testatori fuisset; aut pronepos hic tanquam jam natus in locum nepotis ex filio adoptatus esset.*

SECTIO II.

De casu minus principali.

Subjicitur casus minus principalis in v. Ergò & sic h. §. n. 1. circa eum referuntur variæ sententiæ n. 2. nova antiqua quædam opinio proponitur & in suis rationibus defenditur n. 11. & seqq. textus explicatione concluditur n. 15.

1 † *Incidenter Scœvola* in v. Ergo & sic pronepos. *subiicit casum similem ad L. Velleam spectantem ad quem eandem decisionem hanc extendit: quod scilicet eodem modo pronepos, qui post testamentum ex nepote prœmortuo vivo filio*
2 *natus erit admittatur.* † *In tota hac lege non ita variant. Dd. quam in versiculo hoc.* Ergo & sic

sic h. §. explicando, veroque eius casu ponendo. Glossatores admodum delirant & nescio quos pronepotes apud hostes captos & adoptatos sibi somniant. Henricus à Suerin. repetit lect. cap. 38. ad h. §. n. *quem non laudatum sequitur Reusnerus* hîc n. 14. d. *versic. de pronepote in nepotis locum vivo filio adoptato, ex quo deinceps alius concipiatur, & post nepotem adoptivum, filium naturalem & testatorem mortuos nascatur, quod pariformiter, ut superior pronepos naturalis; ita hic adoptivus admittatur.* † *Quâ quidem sententiâ ego nihil* 3 *puto posse improbabilius & textui inconvenientius excogitari.* † *Colorem habet explicatio Æmil.* 4 *Perotti* hîc n. 1. *quam Connan.* lib. 10. com. cap. 4. n. 8. *Goveau.* in prior. com. ad h. l. n. 31. *Charond.* lib. 1. πιθανῶν cap. 15. ad h. vers. *& alii sequuntur.* † *Quod sic pronepos admittatur, qui* 5 *natus erit ex nepote (subintellige juxta superiora, cum filio præmortuo; sed prius defuncto nepote post quem filius adhuc vixit, quod innui putant per verba sequentia) postea vivo filio, atque si ex eo natus esset, adoptatus, hoc est, atque si jam natus tempore testamenti à testatore in nepotem esset adoptatus.* † *Non longè abludit hinc Anton.* 6 *Faber* 9. conj. 7. *præterquam quod voculam* adoptatus *expungat.* † *Diu me tenuit suspensum* 7 *hæc explicatio an sequerer, videbatur enim mihi cæteris omnibus probabilior.* † *Verum postea* 8 *placuit eam non minus falsam esse: non saltem propter violentiam, quam peterentur verba hæc* postea vivo filio, *pro mortuis & nepote & filio, sed filio tamen nepoti superviventi; verùm*

potius, quod credibile non sit, Scævolam parcissimum aliàs verborum hic esse tam prodigum, ut omnia requisita pronepotis huius, quem non aliter, atque si a testatore in nepotem adoptatus esset, succedere velit, denuo recenseat, quod scil. ex nepote, & quidem post mortem nepotis & filii, eamque prius in persona nepotis quam filii contingentem,
9 *nasciturus sit.* † *De his enim iam ex superioribus satis constabat, quod illi ipsi autores non diffitentur. Unde si hac mente* d. verſ. *subjecisset: sine omni dubio pro more solito ita scripsisset.* Ergò & sic pronepos hic admitteretur, atque si iam
10 natus esset adoptatus. † *Quando vero aliquantò laxius* d. verſic. *proponit, verisimile est, eum novum casum proposuisse, & eo ipso superiorem il-*
11 *lustrasse.* † *Illum autem cum* Iaſ. hic col. 2. *quem supra in principio huius sectionis posui, esse puto, quo inclinat quoque* Gl. hic in verb. Ergò, *quod nempe Scævola hic ex superiori decisione ad similem casum inferat: Nimirum quod simili modò, ut superiori casu pronepos omnibus ascendentibus præmortuis natus rectè institutus est; pronepos quoque, qui post mortem quidem nepotis, patris sui, de vivo filio (avo suo) nascatur, admittatur, si filium prius & deinde testatorem decedere contingat. Casus talis esto:*
12 † *Titius filium ex quo pragnantem uxorem habebat heredem instituit, eique generaliter ex Leg. Vellea secundo capite substituit. SI QVI EX IIS, QVI MIHI NVNC SVI NON SVNT, SVVM FIERI CONTIGERIT,*

HERES

HERES MIHI ESTO. *Nascitur mox post testamentum nepos, qui justæ ætatis factus uxorem ducit, eaque prægnante relictâ vivo filio & avo testatore decedit. Postea vivo filio (patre nepotis mortui) nascitur testatori pronepos, Moritur deinde filius testatoris, & tandem testator ipse.* † *Quæritur an hic pronepos admittatur?* Re- 13 *spondetur quod sic, nec consideratur de patris eius persona rectène & cum effectu, an secus fuerit is institutus: quandoquidem sufficiat, ut sicut priori casu decedente filio & proavo testatore pronepos nascendo, post mortem eiusdem suus heres existat, ita hic natus quidem vivo filio, sed eo decedente succedendo in locum eiusdem suus fiat; quod quidem non aliter utrobique contingat, ac si* pronepos in locum nepotis jam tempore testamenti natus, adoptatus esset. *priori enim casu, per agnationem nemine in medio existente: posteriori per successionem, persona intermedia summota ius sui consequitur.* † *Hæc mea de intricato hoc lo-* 14 *co qualiscunque est coniectura, quam non obstinatus defendam, sed donec probabilior mihi succurrat, retinebo, præsertim cum hoc modo & quam lenissimè per duas literas, dum pro Si,* Sic, & adoptatur, adoptatus, *legatur, textus hic emendetur & quam proximè secundum verba, mentemque Scævolæ explicetur. Sequitur explicatio textus.*

† An istis casibus') *Posuerat Scævola*, sup. 15 in §. quod si 6. v. instituens *duos modos generaliter nepotes vel pronepotes instituendi*: Quid-

quid sibi liberorum aut quicunque natus fue-
rit post mortem, &c. *quos* in §. præcedent. &
hoc nostro *adhibitos esse à testatoribus præsup-
ponit & dubitationem super institutionibus per il-*
16 *los factis movet.* † *Probant hanc explicationem
verba mox sequentia quæ superioribus formulis,
correspondent* hic enim suus heres nascitur &
post mortem nascitur *Taurell.* h.
17 † Ex eo concipiatur) *intellige ex nepote pro-
nepos.*
18 † Iisque mortuo deinde avo) *ita communi-
ter exemplaria habent teste Iason.* hic col. 2. *Nec
recte Florentinum & alia nonnulla, quæ Gloss.*
hic in v. avo *refert, habent,* isque vivo patre,
deinde avo nascatur: *quæ litera, inquit Ias. stare
non potest propter dictionem,* deinde, *quæ denotat
ordinem & successionem unius facti post alterum,
quæ hic, quando uterque & filius & avus vivit,*
19 *locum non habet.* † *Defendit tamen Floren-
tinam lectionem, Taurell.* hic *quem refutat Con-*
20 *nan.* d. lib. 10. cap. 4. num. 8. † *Sensus autem
vulgaris lectionis est: pronepotem mortuo nepote
(patre suo) & filio (avo suo) natum rectè admit-
ti: testamentum enim tunc subsistit; & ille suus he-*
21 *res agnascitur.* † *Quod si præmoriatur avus
(pater nepotis) successione testamentum rumpere.*
§. num. si & 4. sup. h. l. *Proavi autem testatoris,
ante pronepotem natum præmorientis mentionem
non facit, quia de eo jam ex superioribus satis con-
stabat.*
22 † Post mortem) *intellige* proavi, *quoque se-
cundum*

fundem paulo ante tradita: Nam hanc rationem decidendi, verbis institutionis, quæ de morte testatoris in casus formatione concepta sunt, consentaneam esse, Scævola putat.

Versic. Ergò & si *ex superioribus explicatur.*

MEMBRUM III.

De
Tertia Quæstione.

Tertia quæstio principalis in §. in omnibus. proponitur, & in duabus regulis consideratur. num. 2.

† Sequitur tertia quæstio Scævolæ, quæ est de institutione filii, an ea in formula Galli usitata, & supra dictis speciebus seu casibus necessaria sit? hanc proponit & resolvit. 1

in §. in omnibus 9.

Scævola:

In omnibus his speciebus illud observandum est, ut filius duntaxat, qui est in potestate ex aliqua parte sit heres institutus: nam frustra exheredabitur post mortem suam quod non esse necessariò [a] *in eo filio, qui apud hostes*

[a] necesse Fl. al. nō est necesse Cont.

stes est, si ibi decedat: & in nepote certe & pronepote, quorum si liberi heredes instituantur, institutionem nunquam exigemus: quia possunt præteriri.

2 † Resolvit Scævola prædictam quæstionem per duas regulas, quarum altera institutionem filii: altera nepotum & pronepotum suorum respicit.

Sectio I.

De

Institutione Filii.

Prima regula filium respicit, quod is necessario ex formula Galli instituendus n. 1. non exheredandus n. seq. subjiciuntur duæ ampliationes. In prima origo & primæva natura exheredationis producitur nu. 11. & explicatur n. seqq. De secunda latè subnectitur à n. 18. usque ad fin.

1 † De institutione filii regula est affirmativa, quod ille necessariò in hactenus positis speciebus, vel ex aliqua parte instituendus sit.

2 † *Ratio duplex est; altera, quod nec præteriri: altera, quod nec exheredari possit.*

3 † Primam *tanquam per se satis notam & certam Scævola omisit.*

4 † Alteram, *tanquam magis dubitabilem propter*

pium jus quod ex omni antiquitate patribus in filiorum personas & bona competeret, proposuit *quod scilicet exheredatio hisce in casibus frustra sit, cum post mortem demum filii contra regulas juris fiat*. l. si ita scriptus 13. §. fin. h. t. l. 4. de hered. instituend.

† *Cum enim filiusfam. suus heres, & in hereditate etiam vivo patre locutus sit* l. 11. h. t. *non prius exheres erit, quam ab altero herede pulsus & eo loco detrusus fuerit. Exclusio autem ea tantum fit per aditionem ex testamento* l. 20. v. sed cum. contr. tab. *quæ cum in nostro casu non nisi post mortem filii, sub qua nominatim nepotem institutum esse oportet, fieri queat, nemo quoque in eiusdem vivi locum succedere poterit, & per consequens necessariò demum mortuo eo exheredatio hæc effectum sortietur.* 5

† Ampliatur hæc ratio, quod scil. filius secundum formulam Galli exheredari non possit, *l. etsi is vivo testatore non moriatur, sed saltem vel deportetur vel capiatur, vel emancipetur* 6

† *Patet hoc* primò *in genere, quia ait Scævola hic* in omnibus his speciebus, *intellige, de quibus supra tractaverat*, illud observandum, *hoc est, filium instituendum non exheredandum esse.* 7

† *Patet hoc deinde in specie de prioribus duobus modis, deportatione & captivitate, quia per illos non minus à successione summovetur, quam per mortem ipsam. Ergò non per aditionem heredis scripti & effectum exheredationis* d. l. 20. contr. tab. 8

† *De*

9 † *De emancipationis casu dubitari posset, quod exheredatio post emancipationem inutilis sit, cum filium a possessione contra tabulas excludat* l.8. de bonor.poss.contra tab.

10 † *Sed quia & hic emancipatus ipsâ emancipatione à successione civili jam exclusus est, exheredatio postmodo redditur sine effectu, utut jure Prætorio is non minus ac suus de jure civili alias juvetur.*

11 † *Si enim accuratius paulò loqui velimus, & in prima exheredationis principia inquirere, certum est, eandem saltem in hunc finem usurpari cœptam & patribusfam. concessam fuisse, ut per eam testamenta in tuto collocarent, & liberis in potestate existentibus jus dominii, quod jam ipsis vivis competens post mortem liberrimè omnem*
12 *dispositionem everteret, restinguerent.* † *Unde à quibus metus hic non esset liberis, illi frustra quoq;*
13 *aut certè non necessario exheredarentur.* † *Ex quo est, quod & mater & omnes per eam ascendentes licitè liberos præterierint, & tàm securè ac patres famil. facta ritè solenniterque exheredatione testati fuerint.* §.fin.Inst.de exhered.liber. l.27.§.fin.l.28.de inoffi. testam. l. 12. de bon. lib.cum simil.

14 † *Ex quo est, quod utroque jure testamentum præteritis emancipatis subsistat. Nempè quod primava exheredationis origo & propria hujus vocis significatio ad illos solum spectet, qui omissi in testamento illud protinus annullant, vel rumpant, & tantundem ferè in causa mortis valeat, quantum abdicatio olim, cujus in Rhetorum libris, tam*

frequens mentio est, inter vivos, de quo vide benè Vigl. ad rub. Inst. de exhered. lib. n. 2. & 3. *&* *post eum Angel.Spanoch.* ad h.l. rubric. parte 1 §. ium. 2. & seqq. † *Sane latius postmodo hæc* 15
vox producta, & ad filios nepotesque & ulteriores tametsi suos relata est, qui Iustiniano cum priscis consultis inter cæteros, *imo & ad liberos omnes respectu matris & per eam ascendentium*, qui silentio & omissione *exheredare dicuntur* pr.Instit.de exher.lib.d.l.12. de bon.lib. † *Accom-* 16
modemus hæc ad emancipatos, certè quia & illi testatori extranei sunt. §. emancipati.9.Instit. de hered.quæab intest. *Vlpian.* fragm.t.23. §. 29. *in illis exheredatio jure civili res inepta erit, ut in simili Paulus loquitur* in l.132.in fin.pr.de V.O. *& in filio suo herede, si vel directo in conditionem emancipationis, vel saltem per quandam æquipollentiam in casum mortis juxta Galli consilium fiat, eo postmodo emancipato nullius momenti futura est nihilque magis testamento proderit; quā si filius penitus præteritus fuisset*, arg.§.eadem 12. Inst. de success. quæ ab intest. † *Prætor qui-* 17
dem postea iussit, & emancipatos institui vel exheredari. §. emancipatis. 3. Inst. de exhered. lib. *sed ea iussio Scævolam minimè tenuit suspensum, qui, ut iam sæpè diximus, iure civili testamentorum validitatem tantùm promovet atque intuetur.*

† Amplìatur II. hæc assertio, *quod quoque* 18
procedat, etsi testamento alius datus sit coheres, contra Castrens. h. n.2. in medio, *quem sequitur Govean.*

19 *Govean.* hic in poster. com. ad h. §. † *Coheres ille aut datus est filio aut nepoti. Filio hoc in casu coheredem dari posse, dici non potest: siquidem de filio exheredato hic loquimur, sed oportet alium extraneum ex toto asse institutum esse, & tùm citra dubium valet exheredatio; quia simpliciter fit, & testamentum ab initio in persona instituti heredis subsistit & præmortuo quoque filio exheredato per mortem testatoris effectum sortitur.*

20 † *Quod si verò nepoti ipsi coheres datus sit, is in pari cum eo conditione est & non alio quam nepos ipse gradu institutus esse censetur, sicuti & si eidem substitutus fuisset* l.37.de hered.instit.arg. l.si Titio 61.§.Julianus 1.de leg.2. *Ergò quamdiu filius vivit, coheres hic nihilo magis quam ipse nepos hereditatem adire, & ità quò minus is post mortem suam exheredatus videatur, efficere potest, quod benè deducit Anton.Faber* d.lib.9.conject. 10.col.3.& col.seq.

21 † *Vnde patet discrimen inter hunc casum nostrum, & superiorem: quia in eo à toto gradu filius removetur & exheredatio ab initio statim, uti diximus, valet, hic autem uti institutio nepotis ità & coheredis, & per consequentiam, exheredatio quoque filii in pendenti est, cuius conditio non aliter, quam per mortem filii existere potest.*

22 † *Imò etsi fortaßis coheredem extraneum primo gradu scriptum esse dicas, & institutionem eius ab initio simpliciter valere contendas, tamen nec sic exheredatio rectè facta erit, quandoquidem ea non nisi à toto gradu, & in solidum ab omnibus here-*

heredibus, non ab vno pro parte fieri potest, textus *optimus est in* l. si ego & Titius 29. de injust. rupt. irrit. test. *quod tamen hic fieret, pro parte cohæredis, qui statim non expectata filii morte, pro parte vero nepotis non item, qui non nisi præmortuo filio heres existere posset.* † *Gravissimè* 23 *huic assertioni obstat* l. filius à patre 28. in pr. h. t. *ubi filio sub casuali conditione instituto & sub contraria exheredato, si is pendente eadem decedat, testamentum annullatur, adiecto vero post mortem eius cohærede confirmatur: nulla aliâ de causa, quam quod priori casu exheredatio per neminem, posteriori per coheredem postmodo confirmetur.*

24 † *Respondeo* in d. l. 28. *non tractari de casu filii exheredati & vivo testatore decedentis, uti in hoc nostro, sed de supervivente, subq; conditione instituto & in eius defectum exheredato pendente ea decedente. Vnde coheres adiunctus statim heres per mortem existit & exheredationem istam, licet, fortè filius ante conditionem existentem, deficiat, confirmat. Hic autem nepos & eius cohæres vivo filio heredes esse non possunt.*

SECTIO II.

De

Rationibus nonnullis dubitandi.

Proponuntur tres rationes dubitandi adversus superiorem regulam n. 1. Prima resolvitur n. 3. Secunda n. 4. Tertia Perotti est, tria membra ha-

bet, quæ o[illegible] referuntur n. 8. [illegible] n. 11. circa te[illegible]bris l. fin. de condit. instit. proponitur & [illegible]probata famosa antiquorum DD. [illegible] cum [illegible]is, & post mortem conditiones di[illegible]stinctione late resolvitur n. 15. & seqq. subjicitur [illegible] regulæ declaratio. n. 41.

1 † Sic confirmavimus filium in formula Galli non posse exheredari, sed necessario vel ex aliqua parte debere institui.

2 † *Cui obiicitur l. si ideo exheredatio est in pendenti, quod non nisi præmortuo testatori filio nepos heres esse poßit; sequitur & filii institutionem posita hac formula frustra fore; quoniam & tum post mortem suam institui demum videretur.*

3 † Respondeo *diversam esse rationem institutionis filii & exheredationis, quia illa nulla confirmatione eget, quatenus, & si nullus nepos nasceretur, filius testatori supervivens heres per se esse pôsset, exheres vero non item; nisi sit, à quo à successione excludatur, quod non aliter quam per aditionem fieri potest. Unde, cum eo tempore, quo nepos heres existit ille iam sit mortuus, nulla ratione quoque ab eodem excluditur.*

4 † *II. Pendere quidem vivente filio nepotis institutionem; sed per aditionem ad tempus testamenti conditi retrò trahi, & perinde exheredatio-*
5 *nem, atque si viveret filius, confirmare.* † Respondeo vel *hoc falsum esse, cum his deficiat extremum habile ad quod filius nempe arg.* l. [illegible]
6 scripturæ 15. §. 1. ad L. Aquil. † Vel *quod exhere-*

[illegible] per studiosa [illegible]
[illegible] favorabiliorem interpretationem
[illegible] aq. [illegible] in fin. [illegible]
[illegible] pr[illegible] nunquam fingat, esse
[illegible] [illegible] in fin.
† III. [illegible] & filium in for- 7
mula [illegible] post [illegible] suam posse
[illegible] Perott. [illegible] 14. & seqq.
[illegible] Primò propter l. [illegible] in fin. de condit. [illegible] 8
qua [illegible] exheredato, nepotes post eius mortem in-
stituti & ad successionem avi admissi esse dicun-
tur. † Secundò propter §. sequenti parte in 9
in. infr. h. l. ubi pronepos [illegible] & nepoti, si uterque
[illegible] ex secundo capi-
te [illegible] non saltem si nepos filio
[illegible] superstes permaneat
[illegible]modo isto casu sit institutus vel exheredatus,
quæ exheredatis confirmari non potest, quam per
[illegible]ditionem pronepotis, qui non nisi nepote mortuo
ex substitutione admittitur.
† Tertiò respondet ad h. §. in omnibus, non 10
[illegible] liciter negari filium post mortem suam ex-
heredari posse, sed dubium saltem istis verbis deci-
[illegible] a [illegible] nepote posthumo vel alio quovis insti-
tuto exheredari debeat, ne præteritus eum gra-
[illegible] a Scævola inferri, non esse ne-
[illegible] hanc exheredationem, quæ post filii mor-
tem fiat: sed sufficere [illegible] primo gradu institu-
[illegible] . Perott. d. l. n. 9.
Verum [illegible], manifesta est hac 11
[illegible] eversio: siquidem Scæ-

 vola

[illegible] *primo regulam* [illegible], fi-
um ex [illegible] parte esse heredem [illegible]
12 dum. † Deinde *huius sue regule* [illegible]
[illegible], quod, etsi iure suo pater uti & pro
[illegible] testamenti eundem exheredare
vellet, non tamen, ut aliis in casibus, posse.
Quod hac ratione non [illegible], *sed post mortem*
suam filius exheredaretur. Vt igitur institutionem
intelligit [illegible] *gradu fieri debeat, ita ex-*
heredationem [illegible], *qua in eodem fieri non pos-*
13 *sit.* † [illegible]
saltem [illegible] *post mortem filii exheredationem fieri*,
sequitur, [illegible] *inutilem ideo non esse*, [illegible] *testa-*
mento nocere. Atqui hic dicetur frustra fieri, qua
vox & potestatem & utilitatem omnem absumit,
imo nullitatem quandam actus innuit.
14 † Secundam *rationem Perotti infra* ad d. §.
15 seq. *resolvemus.* † *Maius negotium facit, que*
primo loco allata fuit. l. fin. v. quemadmodum.
de condit. instit. *quam crucem* [illegible] *studiosorum*
vocat. *Cuiac.* in lib. 13. quæst. Papin. ad d. l. fin.
16 pag. 341. † *Ad eam post Bartol. & Raphael.*
Cuman. *Christoph. de Castellio respondet Iason.* in
d.l. si ita scriptum 13. §. testamentum. col. [illegible]
circa fin. *quod alia sit ratio nepotis, qui post*
mortem filii exheredati, *alia eius qui cum filius*
exheredatus moreretur, *institutus est.* [illegible]
casu exheredationem non valere, cum in vita filii
exheredati nullo modo [illegible] *sit.* [illegible]
ri benè procedere cum in vita eius [illegible]
17 † *Conditionem* cum moreretur filius, [illegible]

posse

posse in vita filiorum moriendi tempus vitæ deprehendi. l. qui duos 18. §. 1. de man. testam. l. 1. § si ab ipso patre *unde* collat. l. 5. de cond. & demonstr. *& in his terminis ...* d. l. final. §. quemadmodum. † *Conditionem vero* 18
post mortem filii, *non nisi in primo momento, quo filius non amplius vivit, & ita intelligendam esse* l. 4. §. n. d. l. 1. 2. §. fin. h. tit. & similes sing. allegat. † *Confer de hac distinctione præ cæteris ac-* 19
curatissime Gotfred. Salign. ad l. si quis filio 6. de iniusto rupt. test. n. 4.

† *Verum etsi hac conciliatio communiter re-* 20
cepta fuerit, nescio tamen an solide subsistat?
† *Præterquam enim quod supra dicta distinctio in* 21
favorabilibus ... , qualis est exheredatio, procedat, uti Altimar. lib. 3. parad. cap. 18. nu. 1. *nec nepotum institutionis conditio extitisse quandiu filius adhuc spirat dici posit, ut Boët.* Epo hic num. 19. *existimat: Videtur insuper nec paragrapho nostro nec menti Papiniani* in d. l. final. *esse satis accommodata.* † Non nostro pa- 22
ragrapho, *quia is se refert ad institutionem nepotum secundum formulam Galli faciendam. At in ea non expresse post mortem filii, sed si is vivo testatore moriretur, institutio concipi iubetur. Ergo licet maxime filius exheredetur, agnatio tamen nepotum & dehinc existentia similiter in vita filii fieri videri posit.*

† Non menti Papiniani: *quia is in* dict. l. 23
fin. *de filio sub conditione potestativa instituto agit. Ubi ait interesse: an ea in ultimo vitæ mo-*

 mento

mento adimpleri non possit: quale est conditio [illegible] *si navis ex Asia* [illegible] Alexandriam venit: an vero impossibilis est conditio dandi, puta si Titio decem dederit [illegible].

24 † *Priori casu nepotes substitutos admitti* [illegible] *filio ad hereditatem avi ex substitutione: quod probat: quia si neminem haberet substitutum vel coheredem filius, ipse tanquam deficiente conditione ab intestato* [illegible] *existeret, Ergo quoque ipse* [illegible] *substituti ex testamento admittuntur:* [illegible] *conditionem impletam non iri.*

25 † Posteriori casu *nepotes vivo filio seu in ipso actu moriendi non admitti, sed demum post mortem filii: quod probat, quia, si neminem haberet substitutum vel coheredem filius ipse, non* [illegible] *superiori casu vivus ab intestato, sed post eius mortem nepotes avo succederent, Ergo nec iidem in ipso actu moriendi ex testamento admitti, quatenus certum non* [illegible] *conditionem adimpletam*

26 *iri.* † *Priori casu, nulla facta substitutione* [illegible] *in successione legitima nepotibus* obstare, *hoc est, propter certitudinem deficiendæ conditionis efficere ne nepotes avo, sed sibi ab intestato succedant: In posteriori* non obstare, *hoc est, propter* [illegible] *tatem implendæ conditionis non efficere ne nepotes*

27 *avo, sed sibi ab intestato succedant.* † [illegible] *illic, quando moritur filius, certum esse conditionem deficere, hic non nisi quando* [illegible]. *Ergò non mirum quod vel facta substitutione,* illic, *vivo quoque filio,* hic, *non nisi* [illegible]

pote-

ntes ex testamento [illegible] facta, illic *filius testa[illegible] patri suo & sibi [illegible] nepotes* [illegible] *non [illegible] sed [illegible] succedant.*
† *Haec est [illegible]* dict. l. [illegible] 28
† *Nunc Papinianus [illegible] conditionis* 29 *controversiam [illegible].* Quemadmodum *[illegible]* *[illegible] solutione [illegible] commode [illegible] subiecit [illegible]?* † *Aut enim* 30 *referretur ad [illegible] ipsam quae de successione [illegible] loquitur: aut ad rationem decidendi, quae a successione legitima est desumta.*
† *Non referri potest* ad illam: *quia diserte ne-* 31 *gat Papinianus in hac altera specie conditionis [illegible] testamento.* *Doctores [illegible] & exheredationem [illegible].* † Non ad hanc, *quia* 32 *[illegible] avo succedunt, nec [illegible] ad mortem eius testamento filius [illegible].* *At remota substitutione nepotum* [illegible] quemadmodum, *ab initio testamentum est nullum & filius tanquam male exheredatus [illegible] ipse patri suo succedit, & ab initio [illegible] obstet.* † *Quam ipsam difficulta-* 33 *tem [illegible] videtur acutus Goffred. Salign.* [illegible] *non esse similitudinem quidem in [illegible] sed tamen esse in ipsa quaestione [illegible], quod scilicet filius nepotibus non obstet, & [illegible].* † *Verum si similitudinis causa* 34 *Papinianus [illegible] exemplum subiicere voluisset, verisimile est [illegible] a destitutione testamenti [illegible] ipsam nepotum, &*

quos ideo patre [illegible] *non obstare, similiter colligi potuisset* [illegible] *ratione* [illegible] *Hoc autem cum tale non sit* [illegible] *est.* [illegible] *hoc* [illegible] *conditione* [illegible] *hoc respectu* [illegible]*, vult non sunt*
35 *comparatum.* † *Quapropter* [illegible] *responsionem acutissimi viri* [illegible] *hoc* [illegible] *Papinianum non a simili* in dict. [illegible] quemadmodum [illegible] *dissimili* [illegible] *disparata* [illegible] *confirmare vel potius illustrare* [illegible] *nempe quod* [illegible] *conditionis non* [illegible] *obstet filius nepotibus destituto testamento ab intestato successoris: quemadmodum obstat, ubi in*
36 *casum mortis exheredatus fuerit.* † *Nam utrobique quidem conditionem, illic institutioni, hic exheredationi appositam; at illam subsistere & post mortem filii demum deficere, unde necessario soli nepotes avo succedant; hanc vero non recte factam pro non scripta haberi & statim annullari, unde necessario ipse filius patri non nepotes succedant.*

37 † *Hoc igitur simplicissime dicit Papinianus d. l.* neque enim (*hoc est, non ita*) filius videtur obstitisse, post cuius mortem patris testamentum destituitur, quemadmodum si exheredato eodem filio nepotes, cum filius moreretur, heredes fuissent instituti (*subintellige obstitis-*
38 *sent.*) † *Nempe ex contraria ratione, quod patris*
39 *testamentum statim destituatur.* † *Atque ita idem nobiscum sentit Papinianus, filii exheredationem*

[illegible] in formula Galli non valere, & ita ea ve-ra principiis explicatis, nulla ratione Scævolæ in h. §. [illegible]. † *Hæc de loco difficiliori ali-quanto fusius proponere voluimus, & quia non paulo longius [illegible] quia aliter verisimi-liter [illegible].* 40

† Declaratur superior regula, quod pro- 41
cedat solùm in persona filii, qui est in civitate, non item qui apud hostes est & ibidem decedit.

† *Tum enim nepotes & ex eo posthumi rectè* 42
instituuntur, etsi ille in primo gradu institutus non sit: quia enim apud hostes decedit tanquam servus decedit, & ideo sine ulla fraude rectè præteri-tus l. 9. §. 2. [illegible] *est, si revertatur, ubi [illegible] efficit.* l. 6. § 1. in fin. de iniust. rupt. irr. testam.

† *Nec tamen priori casu simpliciter nepos in-* 43
stitui potest, sed opus est formula Galli, & conditio-nis alicuius, puta, si filius reversus non fuerit, *expressione, propter spem reditus, quæ tempore testamenti conditi, quo filius adhuc vivebat, esse potest, ob quam illo tempore ius filii non tam ab-scissum, quam potius suspensum esse dici potest, de quo* ad §. quod si qui *6. supra di-ximus plura.*

Sectio III.

De
Institutione nepotum & pronepotum.

Sequitur altera regula institutionem nepotum & deinceps [illegible] n. 1. [illegible] inter filium & nepotem differentia [illegible] n. 5 [illegible] ut seq.

1 † Hactenus de prima regula filium: sequitur nunc altera, nepotes & pronepotes, in potestate & suus heredes respiciens.

2 † Ea est, *quod illi necessario non instituantur, sed licitè prætereantur. Intelligendum hoc est secundum ius ante Iustinianum positum quo idem*
3 *licebat, etsi extranei scripti essent. † Hi tamen quodam accrescendi institutis heredibus portionem auferebant*, suis *quidem virilem*; Extraneis *vero dimidiam* pr. Inst. de exhered. liber. *Ulp.* in fragm. tit. 22. §. 14. *Confer quæ* disp. 2. membr.
4 3. sect. fin in fin. *dicta sunt.* † *Quæ omnia postmodo Iustinianus immutavit* in l. maximum 4. §. sancimus. C. de lib. præter. §. sed hæc antiquitati Inst. de exher. liber.

5 † *Differentiæ ratio inter filium & nepotem pronepotemque non est in proclivi; Non certè ea sufficit quæ in ore omnium est, quod filius ipso iure heres & quidem vivo patre existat, Unde nisi ipse hoc ius contrario facto exheredationis per testamen-*

tam

[illegible] *fortiter* [illegible] *semper* [illegible] + [illegible] *quorum* [illegible] *sua* [illegible] *par*[illegible] *suos* [illegible] *tamen* [illegible] *ad* [illegible] *passus* *sequitur* [illegible] ad. h. leg. [illegible] part. 11. n. [illegible] & 12. *testamenti factionem* [illegible] l. *tab. non* [illegible], *&* [illegible] *sinque pu*-[illegible].

+ [illegible] *plane integrum fuit* 8
libe[illegible] *, &* extraneis *heredibus scripti*[illegible]*, atq; ita naturali rationi, seu tac*[illegible] *liberis parentum hereditatem ad*-*dicit* l. 7. de bon. dam. *& in ab intestato successio*-*ne locum habe*[illegible] *testamento derogare.*

+ *Sed* [illegible] *prudentum auctoritate me*- 9
dia [illegible] *qua* v. disput 1. membr. 2. sect. 2. [illegible] *coangustata est*, l. 120. de V. S. *modo propter* [illegible] *rationem, cuius exemplum vide* [illegible] sect. *modo propter natura*-*lem* [illegible] *hic, qua apprime pro liberis contra ex*-*traneos* [illegible]. + *Quædum nimis latè pa*- 12
tet, & [illegible] *in omnibus suis heredibus seu filiis seu filiabus seu primi seu ulterioris gra*-

[illegible] *tandem ad filium falcem reducere, & [illegible] persona* [illegible] *vel quod aliquid* [illegible] *libertas patri* [illegible] *quod* [illegible] *filio* [illegible] *Legis ubi quil-* [illegible] *nisi filios habeat* [illegible] *Spanneb.* [illegible]

11 † [illegible]

quo paulo ante [illegible]

12 † *Vnde factum, quod* [illegible] *facienda exheredatio praeter se* [illegible] *filios*, inter cæteros *verò, ad filias & reliquos, qui in ulteriori quam primo gradu, existunt, relata fuerit*, d. pr. Inst. de [illegible] lib. *Vide Hortens. & Spanneb.* dd. ll.

MEMBRRM IV.

De

Lege Vellea in genere.

Inquiritur in auctorem hujus legis quem incertum esse asseritur n. 1. & seq. Ea vel in genere vel in specie à Scævola consideratur. In [illegible] Consideratio ea explicatur per [illegible] duplicem n. 7. & 10. [illegible] n. 11. & 15. inter [illegible] In secunda differentia [illegible] ad liberos quoque primi gradus pertinere [illegible] neotericos quosdam [illegible] n. 16. & seqq.

1 † *Sic consideravimus primam partem* [illegible]

legis

[illegible] sequitur altera, quæ est de
[illegible] Vellea. † [illegible] appellatur [illegible] 2
l. [illegible] ſt. [illegible]
[illegible] de [illegible]. lib. alibi
[illegible] lu-
[illegible] in fin.
† [illegible] 3
[illegible]
[illegible] tum
quia novum [illegible], quod
[illegible] atorum:
Qualis hic [illegible] in pr.
consulem [illegible] ro-
gasse [illegible] Collega
[illegible] Velleanum con-
ſtitutum fuerit. l. 2. §. 1. ad S. C. Vellei.
† [illegible] verisimile adeo non ſit, poſt- 4
quam jam poſt tempora Auguſti comitiorum &
legum ferendarum rationem ſublatam eſſe con-
ſtat, & vel hoc argumento eſſe poteſt, quod de mu-
lierum intercessionibus non per legem, ſed Sena-
tusconſultum latum eſt, quod conſilium Impp.
[illegible] uſitatum, ut in ſpeciem Senatui,
ne populo [illegible] addicerent, permitterent,
[illegible] a eſſent arbitri atque ma-
giſtri, de quo [illegible] annal. lib. 1. † De au- 5
ctore itaque hoc [illegible] eſt. † Ea in genere 6
& in ſpecie conſideratur. In genere, quod poſthu-
mi vel quaſi [illegible] ſimiliter teſtamentum
non rumpant, [illegible] in §. nunc de lege 10.

Scæ-

Scævola:

§. 10.

Nunc de lege Vellea videamus: voluit QVI5 NOBIS NATOS SIMILITER NON RVMPERE TESTAMENTVM.

7 *† Conveniunt [illegible] Vellea & formula Galli Aquilii in nonnullis, in nonnullis differunt.*

8 † Conveniunt *I. in causa finali posthumorum instituendorum, quæ est conservatio testamentorum, quam uterque tam Gallus quam Velleus respexerunt, de Gallo ex superioribus patet, de hoc verba sunt diserta* in h.§ n. & seqq.

9 † *Postquam enim plerumque in testamentis legata fideicommissa libertates & similia relinquuntur, utilius certè posthumi forei & favorabilius, si iure veteri [illegible] non possent, vel quód institutis non [illegible] testamenta rumperent, & omnia huiusmodi [illegible] exstaverent. Vnde verisimiliter est eo[illegible] eundem favorem hic non consideratum, quam testatoribus [illegible], quorum non minus inter[illegible], postquam iam aliud velle non [illegible] & licitum quod non [illegible]* [illegible]. Cod. de SS. Eccl. *prospectum fuisse.*

10 † *II. Conveniunt in modo institutionis, quod scilicet utrobique permissa sit [illegible]*

[illegible]

[illegible] ad §. sequenti parte [illegible]

† [illegible] 11
[illegible] salrem ve-
ris, hoc est, post [illegible] locuti
sint. l. 3. §. [illegible]. de injust. [illegible] Ulpian. tit. 22.
§. 16. † [illegible] & metus 13
[illegible] ore nascan-
tur [illegible] ita, ut
priori [illegible] reforman-
di, [illegible] instituendi, vide quæ de hoc
diximus latius disput. 1. membr. 2. sect. 3.
per tot.

† Quæ ipsa causa est, cur hic cautio & for- 14
mula Galli, alteriusvè prudentis non suffecerit, sed
legislatore opus fuerit, qui non saltem modum in-
[illegible], sed ipsam institutionem
[illegible] quidem in primo capite,
[illegible] in secundo, quod postmodo perspicu-
[illegible]

† [illegible] oritur II. differentia, quod 15
[illegible] verit de nepotibus, ut
[illegible] liberis quoque ipsis in primo
gradu [illegible]

† Qu[illegible] maximam par- 16
tem

tem [illegible] *pra carens* [illegible], *repe*-
tit [illegible] 18. ad [illegible]
in [illegible] hujus legis num. [illegible] *tamen* [illegible]
na [illegible] *puto ex prima* [illegible]
[illegible] *quæ per medium* [illegible]
[illegible] *permissa est* [illegible], & [illegible]-
tum posthumorum, [illegible]
metum rumpendi [illegible]
sonis juris effectu non [illegible] : & testatorum,
quod rupto post [illegible]
mederi possint [illegible], 2. [illegible]
num. 12. & [illegible] seqq.

17 † *Posthumus vero* [illegible] *natus*,
etsi ha[illegible] *verbis, quod similiter*
præter[illegible] *rumpat, comparandus sit*:
in eo tamen, quod non ita certò patrem adhuc vi-
ventem, & aliud testamentum condere valentem
18 *int*[illegible]*atum faciat, differt.* † *Vnde & verba le*-
gis generaliter de omnibus, qui testatori suus he-
res futurus sit, concepta sunt, & diserte Vlpian
in d.l.3.§. 1. de injust. rupt. irr. test. *improprios*
posthumos, hoc est, in vita patris, qualis quoque
esse potest filius, natos, Lege demum Vellea, ne rum-
19 *pant, institui, exheredarive jubet.* † *Clarissi*-
mè autem huc facit insignis locus, Vlpian. in
fragm. t.22.§.16. *quando inquit*: Eos qui in
utero sunt, si nati sui heredes nobis futuri
sunt, possumus instituere: siquidem post mor-
tem nostram nascuntur, JURE CIVILI; si
verò viventibus nobis, ex LEGE JUNIA.
20 † *Et planè mihi persuadeo, si jure antiquo* [illegible]

tam

cum fuisset, filium posthumum, qui tamen non testatore nasceretur, institui, non fuisse [illegible] peculiare de nepotibus instituendis, quandoquidem ita hi se habeant ad filios in vita testatoris natos, uti ex formula Aquilli nepotes ad filios post eius mortem nascituros. At in eo, quia tantum de filiis ante dispositum erat, nihil [illegible] est. Ergò etiam de nostro casu [illegible] declaratione aliqua [illegible] opus fuisset, nec [illegible] lege opus fuisset. Non ob- 21
stat quod Ulpianus dicit. l. 3. pr. *de solis descendentibus per virilem sexum, id est, per filium loquatur, hoc est, de nepotibus & pronepotibus; non vero de filiis ipsis, & per consequens [illegible] in* §. 1. *quem per particulam autem ad* d. pr. *continuat* Bon. Epist. l.

† *Non enim facit hoc, ut [illegible] negaret L. Vel-* 22
leam non pertinere ad filios, sed ut ostenderet, non ita per virilem sexum descendentes posthumos, qua usque ad tempora Justiniani inter cæteros, *modo ipsis legati, fideicommissive titulo aliquid relictum esset, exheredari poterant,* § 1. v. sed feminini Inst. de exh. lib. l. 4. in fin. C. de lib. præter. *ut posthumos nominatim exheredari oportere, conferendo* § 1. Inst. de exher. lib. *Ulp.* in fragm. tit. 22. §. nepotes 18. † *Ut tamen secundum* 23
jus antiquissimum hoc tantummodo, verum de posthumis vero & propriis, hoc est, post mortē nascituris, de aliis non item; tametsi per L. Velleam idem in nepotibus seu in vita testatoris prognatis sit receptum, non quod simile aliquid in filio ante L. Velleam constitutum fuerit; sed quod procul omni

[illegible] quam [illegible] medio [illegible] gradu [illegible] & [illegible] Gallo ad [illegible] [illegible] qui [illegible] [illegible] a posthumo adeo [illegible] qui [illegible]
24 [illegible] sunt, recepit. § Et [illegible] quicunque in vita testatoris [illegible] l. 1. § 1. per L. [illegible] [illegible] vetantur. At non [illegible] nepotes masculi, sed & [illegible] in vita testatoris post testamentum [illegible] [illegible] [illegible] L. [illegible] iure antiquum [illegible] quod nec [illegible] qui aliter in [illegible] ationibus posthumorum [illegible] nobiscum
25 consentit, nec ullus alius [illegible] poterit. † Breviter: ubi iura habemus distincta; ibi de posthumis veris primi & ulterioris [illegible] loquuntur. Ergo recte [illegible] ad ulterius [illegible] dictum [illegible]. At non [illegible] nisi Legem [illegible], ergo [illegible] post testamentum [illegible], [illegible] ad hunc exemplum de [illegible] [illegible] dicere quimus.

26 † Minus obstat l. 6. §. 1. de hered. instit. [illegible] diserte ad caput secundum Legis [illegible], quod de nepotibus saltem, & [illegible] nisi in ulteriori quam [illegible] gradu [illegible] est.

27 † Sane, quia Scaevola [illegible] subiicit, & eadem [illegible] industria exemplum nepotu in §. seq. [illegible] voluit, & non [illegible], [illegible] [illegible]

[illegible]

riendi tempore jam præmortuus, verum etiam quasi, & quidem potissimum, qui adhuc superstes sit: in quo cæteris paribus optimè cum Gallo consentit, de quo paulo post pluribus.

MEMBRUM V.

De
Lege Vellea in specie.

Subjicitur specialis tractatio L. Velleæ in duobus capitibus n. 1. de primo agitur in hoc membro 5. quod proponitur n. 3. ejus exemplum subnectitur n. 6. sequitur responsio Scævolæ & decisio. nu. 9. nec non explicatione casuum & difficultatum nonnullarum resolutio n. 13 Tribonianus adversus Cujac. & Ant. Fabr. ab interpolatione defenditur. nu. 22. & seqq.

† In specie consideratur Lex Vellea in duodus capitibus, in quæ ab ipso Scævola distribuitur. Ea vel in casibus simplicibus tractantur distinctim; vel in mixto confusim conjunguntur: Distinctim in §. 12. & seq. 1

§. *& videtur primum* 12.

Scævola:

Et videtur primum eos spectare, qui cum nascerentur sui heredes futuri essent. Et rogo a si fi- Ergò

lium habeas & nepotem nondum natum tantum b, ex eo heredem instituas, filius decedat: mox vivo te nepos nascatur? Ex verbis dicendum est non rumpi testamentum, ut non solum illud primo capite notaverit; si nepos, qui eo tempore instituatur, quo filius non sit, verum etsi vivo patre nascatur. Quid enim necesse est tempus testamenti respici, cum satis sit observari id tempus, quo nascitur? Nam & c ita verba sunt: QVI TESTAMENTVM FACIET, IS OMNIS VIRILIS SEXVS, QVI EI SVVS HERES FVTVRVS ERIT, &c. ETIAMSI PARENTE VIVO NASCANTVR.

b tamen

c etsi, alij etiamsi

† In

† In hoc § primum caput proponi- 2
tur, & exemplum subiicitur.

† Proponitur, quod ad eos spectet, 3
qui cũ nascentur sui heredes futuri sint.

Commune *hoc habet cum capite secundo,* 4
quod & hic nepotem vivo testatore natum esse,
juxta, membr. 1. *tradita; in quo differt à formula*
Galli; Speciale *verò quod post testamentum ipsa*
nativitate seu per agnationem suum existere opor-
teat, cum econtra in capite secundo ante testamen-
tum natum esse, & post illud per successionem seu
quasi agnationem suum FIERI sufficiat.

† *Exemplum per interrogationem subiicitur,* 5
& postmodo resolvitur, & per rationes illustra-
tur.

† *Exemplum tale est: Titius habet filium con-* 6
iugatum nepotem ex eo nondum natum, hoc est,
posthumum heredem instituit, moritur deinde fi-
lius, nascitur mox nepos iste vivo Titio testatore.
Rumpetnè testamentum avi? † *Ratio dubitandi* 7
esse posit, quod Lex Vellea solùm de illis quos nemo
tempore testamenti antecedit, concepta fuerit.
† *Respondet Scævola* : ex verbis hujus capitis 8
primi, dicendum esse testamentum non
rumpi.

† *Illustrat hanc responsionem* I. *per negationem* 9
rationis dubitandi, quod primum caput solùm de
illis nepotibus, quorum pater tempore testamenti
jam præmortuus, vel alia ratione patria potesta-
te summotus sit, conceptum fuerit. Sed quod ad

casum quoque, quo filius in medio sit, & postea ante nativitatem nepotis decedit, spectet.

10 † [illegible] Per positionem rationis decidendi, quod [illegible] esse sit tempus testamenti respicit, hoc est an tum vel filius superstes fuerit, nec ne, sed satis sit observari id tempus, quo nascitur, intelligendum.

11 † Nam & ita (ad tempus nativitatis relata) verba sunt: QVI TESTAMENTVM FACIET IS OMNIS VIRILIS SEXVS, QVI EI SVVS HERES FVTVRVS (CVM NASCETVR INSTITVENDI POTESTATEM HABETO, QVI SIC INSTITVTI RECTE INSTITVTI SVNTO,) (ita haud absurdè argumento §. ille casus infr. ibi: superiore capite, uti liceat institui nondum natos, qui cum nascentur sui erunt, *verba integra huius capitis, quæ singula, ICtus tanquam decisioni præsenti non deservientia adscribere noluit, conjicere licet*) ETIAMSI PARENTE VIVO

12 NASCANTVR. † *Hæc mihi videtur simplicissima, & mente verbisq; Scævolæ convenientissima h. §. resolutio, in quo tot cruces fixas veteres & neoterici passim exhorruerunt. Age tamen explicemus hoc paulò dilucidiùs.*

13 † Ut non solùm illud in primo capite *sensus est: duos casus potißimùm notasse, definivisse seu disposuisse primum caput, non solum, si nepos nascatur, qui eo tempore instituatur, quo filius non sit, verum etiam, si nepos ille nascatur, qui instituatur patre vivo, hoc est, eo tempore, quo*

14 *filius, pater nepotis, adhuc sit superstes.* † *Ita quoq;*

quoq; hic casus veteres nonnulli distinxerunt. Iason. hic col. 2. *& ante eum prolixe* Goffred Salligniac. hic n. 4. & 1. *& alij plures, quos male notat Æmil. Perott.* hic n. 4. in fin. *& num.* 15. *tametsi in ratione decidendi vacillent.* † *Probatur hæc* 15
assertio, quod verbum NASCATUR, *non ad verbum* PATRIS, *ut* Salamon & Boët Epo
hic, *sed* NEPOTIS, *referendum sit ex ipsa ratione Scævolæ, quod non sit tempus testamenti, sed nativitatis, seu quo nascitur nepos, inspiciendum.*
† *Unde manifeste colligere licet in ipsa responsione* 16
quoque verbum NASCATUR *ad nepotem esse referendum, qui, sive filius iam premortuus, sive adhuc superstes fuerit tempore testamenti instituti, modo sibi nascatur ex verbis legis admittendus sit.*

† *Atq; ita recte ratio decidendi rationi dubi-* 17
tandi opponetur, quam aliàs nullam, vel certè improbabilem & distortam admodum dederis, vel nullam à Scævola consideratā fuisse contra perpetuum ICtorum morem præsertim ubi per modum interrogationis casus proponunt, asseveraveris.
† *Prædicti autem Dd. ut ab hac sententia recede-* 18
rent, impulisse videtur, quasi posthumus nepos, quem tempore testamenti nemo antecedit, ab omni antiquitate velleiani potuerit, & proinde ad L. Velleanam referendus non sit. Siquidem iam hoc memb. 1. *negavimus, & nemo clariùs, quam hic locus, supra positam sententiam probat, & in eâdem re confirmat.*

 † Nam

19 † Nam & non) *ita Holoander edidit. Florentinum exemplar tenet Contio*, nam ex his ea verba sunt deleta: *sed nos ad Scævolæ sententiam concinne Holoandrina præferenda est, quæ menti ICti optime quadrat, & bona in parte Florentinum, quæ non rarò in h loco corrupta est, superat.*

20 † Is omnis virilis sexus) *intellige tam activè quàm passive, non solum, qui ipse sexus virilis, sed & qui per eundem descendit & ab eo progenitus est, sive sit nepos sive neptis, quo intellectu rectè & filius, qui in primo gradu est, & qui ab eo descendunt utriusq; sexus comprehendentur.*

21 † *Nam & posthuma, neptis ex filio præterita rumpit, tametsi in eo a nepote distet, quod non ita nominatim, ut illum exheredari eam oporteat, sed inter cæteros dummodo ipsi aliquid legetur, exheredari sufficiat*, §. 1. Inst. de exher. lib. l. 3. de in-

22 just. rupt. irr. test. † *Cuius principium male putat à Triboniano interpolatum esse ex Iustiniani constitutione, quæ est* in l. 4. in fin. C. de lib. præter. *Cuiac.* ad l. 4. h. t. *& sequitur Ant. Faber.* lib.

23 9. conject. cap. 13. in med. † *Siquidem de posthumis neptibus Iustinianus* in d. l. 4. *saltem dispo suisse videtur, quod patet tum* ex d. §. 1. Instit. de exh. lib. *in quo disertis verbis jus vetus recenset, & feminini quidem sexus posthumas inter cæteros exheredari potuisse; Masculos verò, id est, filios & deinceps non aliter, nisi nominatim exheredarentur, asserit,*

24 † *tum ex* § seq. *ubi idem de nepotibus Velleanis, & qui posthumorum loco sunt, enun-*

ciat

at. † *In paragrapho 5. demum jus novum subjicit.* 25
Huic consonat Vlpian. ipse in fragm. tit. 22. § 26
*n*epotes 18. *ubi & masculos omnes præter filium* *n*ominatim *exheredari jure veteri tutius & usitatius fuisse scribit.*

† *Nota verò hic obiter ex verbis, quæ in Scævo-* 27 *a primo capite supplenda esse diximus, aliam differentiam inter caput primum & secundum conjici: quod in illo nominatim permissa sit institutio posthumorum post testamentum nasciturorum; & per consequentiam demum prohibitio facta ne testamentum rumpant. In hoc contra nominatim vetari testamentum rumpi, & per consequentiam demum permitti institui* § ille casus inf. h. t. *Rationem diversitatis* ad §. seq. & d. §. *ille casus proponemus.*

DISPUTATIO QVINTA ET ULTIMA.

Respondente

BERNHARDO Hohmeistern Hannovera-Brunsvigo.

MEMBRUM I.

Continet summam. 2. capitis n. 2. & duas rationes dubitandi nu. 6. totidemque rationes decidendi n.8. & 12. & plurib. seqq.

1 †HActenus de primo capite legis Velleæ sequitur secundũ, quod Scævola in § sequenti 13. in summa subjicit & interpretatur.

Scævola:

Sequenti parte succedentes in locum liberorum non vult lex rumpere testamentum. Et ita interpretandum est, ut si & filium & nepotem & pronepotem ha-
a utrinq; *beas, mortuis utique a pronepo-*

ti-

institutus succedens in sui heredis locum non rumpat. Et benè verba se habent, SI QVIS EX SVIS HEREDIBUS SVVS HERES ESSE DESIERIT ad omnes casus pertinentia, quos supplendos in Galli Aquilii sententia diximus. Nec solum si nepos vivo patre (nec succedens pronepos avo mortuo rumpat sed etsi supervixerit patri ac decedat; dummodo heres institutus sit, aut exheredatus.

† Summa secundi capitis legis Velleææ est, quod per illud nepotes in locum liberorum succedentes, si ab avo instituti vel exheredati fuerint testamentum rumpere vetentur. 2

† *Circa prohibitionem enim hanc maximè & principaliter est occupatum, non circa permissionem institutionis, uti caput præcedens, tametsi institutionem exheredationemvè non minus respiciat & præsupponat.* † *Antè prius enim caput* 3 4

V 5

put filium & nepotes posthumi vivo testatore nati nullo iure institui poterant. Ergo primario illi hunc finem eo opus fuit, ut recte illi instituerentur, exheredarenturve & testamenti vires de hinc in tuto essent. † *In hoc posteriori nepotes de jure habiles sunt, cum tempore testamenti jam in rerum natura existant.*

6 † Sed in contrarium movetur duplex dubitatio. Prima; *quorsum opus sit hoc capite secundo & prohibitione, ne testamentum rumpatur, cum nepotes hi tanquam testamenti tempore nati omni jure licite præteriti potuerint, uno iure adcrescendi illis competente* pr. Inst. de exhered.
7 lib. l. 4. C. de lib. præter. † Secunda, *quorsum possit institutionem exheredationemve Velleus præsupponere, cum ea legitimè facta per se satis pateat testamentum subsistere & effectum vel jure vetustißimo producere.*

8 † Ad primam difficultatem, *quod attinet, jam* disp. 2. membr. 5. sect. 2. nu. 14. *diximus separandos esse nepotes, qui tempore testamenti iam in patris sui prædefuncti locum succeßerunt, ab iis, qui demum post testamentum, quales hi sunt nostri, quorum patrem tempore quo testamentum*
9 *ordinatur adhuc superstitem esse oportet.* † *Illos rectè præterit avus, quia tempore eo jam certo scit, eos esse suos. Ergo suo iure utitur, & non errore aliquo, sed indubitato animi iudicio eos omit-*
10 *tit.* † *Quæ voluntas planè cessat vel abesse præsumitur; si filius tempore testamenti adhuc in medio existat. Dum enim suspicari non creditur filium*

lium ordine mortalitatis turbato l. 5. de inoff. testam. *ante se obiturum; si forte filium solum instituat, qui postea præter omnem opinionem antea* è medio submoveatur, *non certe potest hoc fine nepotem omisisse videri, quin potius lex humaniter de eius voluntate, quod si de casu hoc inopinato cogitasset, illum lubens instituturus fuisset, præsumit. Quod cum factum esse non adpareat, ad exemplum posthumi agnascentis, & ex causa plane simili testamentum avitum omnino rumpit, & ab intestato succedit.* † *Quod ipsum fortassis est, quod hi nepotes loco posthumorum habentur* in § posthumorum 2. Instit. de exhered liber. l. 13. de injust. rupt. irrit. testam. *Confer. eleganter* Boët. Epon. hic num. 2. 11

† Altera difficultas *sublimior est, & varie Dd. ingenia torsit, qui fieri possit, ut dum nepotes hi rectè institui potuerint, testamentum tamen circa auxilium huius capitis secundi cum effectu non subsisterit?* † *Aut certè institutionem demum per legem hanc iuductam esse, aut si iam antea obtinuit legem hanc non necessariam esse consequens videtur.* † Interesse possit; *an nepos hic simpliciter & tanquam extraneus alius, an vero jure sui ab avo institutus fuerit.* † Priori casu, *institutio hæc ante L. Velleam dupliciter valuisse videtur l. quando tam filius, quam nepos avo superstites permanserunt: Tum enim, fieri potuit, ut si vel nepos ab avo, vel post mortem eius à filio (patri suo) ante aditionem emancipatus fuisset, uterque in dimidia hereditate concurrisset.* 12 13 14 15

† II.

16 † 11. *Quando præmortuo filio nepos hic avo*
suus factus [illegible] & tunc ei satis factum fuisse
dici potest, quatenus & sine successione ex proprio
capere [illegible] ratione institutionis, ut extraneus avo he-
17 *res esse possit.* † *Non absimili ratione, ut de he-*
rede instituto & a testatore adrogato Scævola no-
ster in l. si quis heres 18. de inj. rupt. irr. test.
Vel de in locum nepotis adoptato Papinianus re-
18 *spondit* in l. filio 23 § 1. h. t. † *Tametsi diver-*
sum sit in exheredatione quæ non ita tanquam
odiosa benigniter, ut institutio ab extraneo a quo
cœperit ad suum heredem trahenda, vel interpre-
tatione juvanda est, arg. l. cum quidam 19. in
fin. h. t. *Confer Hortens.* ad §. posthumorum
Inst. de exher. lib. col. 4. *Boet. Epon.* hic n. 2.
19 † Posteriori casu, *aut simpliciter instituit*
avus nepotem unà cum filio, aut sub conditione, si
20 filius suus esse desinat. † *Neutro modo ante*
21 *legem Velleam institutio substitisse videtur.* † Non
illo: *quia nec tempore testamenti, nec mortis cum*
patre jure sui concurrere potest, sed ab eodem utro-
bique tanquam gradu remotior excluditur.
22 † Non hoc: *quia suus heres, qualis est hic ne-*
pos, filio deficiente, antè legem hanc sub conditio-
ne, quæ in eius potestate non est, institui nequibat;
Vtut simile quid per Gallum introductum esset, in
nepote post mortem testatoris nascituro, quod ad
23 *jam natos in vita eiusdem non fuit relatum.* † *At-*
que ad hunc solum modum instituendi nepotis, quo
filius suus esse desierit, Legem Velleam, quando capi-
te hoc secundo rumpere vetat, respexisse plane puto,
uti

bis vestissimi doctissimus Epo citato loco *quoque obseruavit.* † *Imo non solum Legem Velleam,* 24 *verum Gallum quoque ipsum & Iulianum, eo ipso dum unus quisque testamentorum conservationi studuit, eique à subalternata ista agnatione successioneq; cautum voluit.* † *Lex tamen hoc in* 25 *capite secundo de institutione huiusmodi nihil disposuit, postquam jam satis in primo capite desuper erat definitum, eo ipso dum concedit,* ut qui testamentum faceret, is omni virilis sexus, qui & suus heres futurus esset, instituendi facultatem haberet, *hoc est, ut liceret institui nondum natos, qui cum nascerentur sui essent.* † *Quæ* 26 *verba etsi de illis, qui post testamentum sui nascuntur, concepta sint, tamen propter similitudinem rationis ad eos, qui nati quidem antea, sed post testamentum demum quasi agnascuntur, & ita sui fiunt, non minus referri possunt.*

† *Vnde quidem hanc ob causam necessarium* 27 *fuit caput hoc secundum, ut permissa conditionali nepotis sui heredis institutione, & eâ inferret Velleus consequenter imposterum fore, ut nec natinepotes tempore testamenti, & instituti postea, in liberorum locum succedentes amplius testamenta rumpant. Quatenus jam nunc rectè sub conditione illa successionis instituantur, qua facultate olim negata, licet maximè ita fuissent instituti, non potuerint non pro præteritis haberi, & testamentum evertere.* † *Accedit, quod hi nepotès de* 28 *se, non sint inhabiles & incapaces omnis institutionis, non enim illi vel incertitudo vel similis ratio*

uti posthumis prodesse potest; licet in modo instituen-
29 *di difficultas quaedam exsurgat.* † *Ergo vel ob hanc [illegible] necesse non putavit permis-sionis [illegible] singularem mentionem facere.*
30 † *Quia vero successionis & conditionalis institu-tionis, nepotum suorum aliquoties mentionem fe-cimus, non abs re erit, si de utroque accuratius subiiciamus.*

Sectio I.

An successio in locum sui, & inde pendens testamentorum ruptio Lege demùm Velleâ introducta sit?

Referuntur tres sententiæ nu. 1. & seqq. Negatur, probatur num. 6. & in rationibus suis asseritur nu. 7. & seqq. objectionibusque Taurell. & aliorum occurritur num. 23.

1 † *Super hac controversia reperio tres sententias.*

2 † Unam, *quæ simpliciter adfirmat, ut Alciat.* lib. 1. paradox 19. n. 5. & seqq. *quem sequuntur Duaren. & Cuiac. & ante eos Salycet. & Iason.* in l. 2. C. de lib. præter. *Coras.* hic.

3 † Alteram, *quæ simpliciter negat, ut Henr. à Suerin.* cap. 38. rep. lect. ad §. idem credendum supra & ad h. §. n. *Hotom.* ad d. §. idem *plenissimè Anton. Fab.* lib. 9. conject. c. 18.

† Ter-

† Tertiam, *quæ intermedia est, jus succeden-* 4
di in locum sui quidem iure antiquissimo fuisse inductum, facultatem vero rumpendi ad exemplum verorum posthumorum Legem demum Velleam permisisse l. 13. de inj. rupt. irr. test. §. posthumorum Inst. de exher. lib. *ut post Vigl.* d. §. posthumorum. n. 11. *Eman. Costa.* ad §. & quid si tantum h. l. part. 4. num. 33. §. probabilius itaque.

† *Quæ ipsa sententia secus quam modo* d. l. *pu-* 5
tat Costa Lælii Taurelli est in subtilissima præfatione ad L. Velleam pag. mihi 306. & 308. *Siquidem ibidem non de successione omni, sed ea saltem, quæ post testamentum fit diserte loquitur.*

† *Mihi negativa verior videtur* 1. *quia suc-* 6
cessio hæc ex naturali æquitate, hoc est, ordine quodam naturali oritur. l. §. si filius 4. desiius & legit. *non solum in successione testamentariâ, verum etiam ab intestato: non solum, ubi filius in potestate esse desiit, verum etiam, ubi non desiit* d. l. 1. §. 4. 5. *&* seqq. *Ergo non verisimile sit eam per L. demum Velleam, quæ saltem ad testamenta pertinet, inductam fuisse.* † *Neque puto ullam hac in par-* 7
te inter causam testati & intestati differentiam fuisse, ut Alciat. d. cap. 19. in fin. *existimat; siquidem utrobique nepotem in potestate avi esse dicimus, & successionem eo vivo repræsentatione quadam contingere supponimus.*

† *Vnde, si quidem ista, ubi testamentum non* 8
exstat, ut ita loquar ascensio nepotem in primo gradu constituit, & causa sit cur suus avo fiat, non

video

uti posthumus abesse potest: licet in modo instituendi difficultas quaedam exsurgat. 29 † *Ergo vel ob hanc causam Velleius necesse non putavit permissionem huiusmodi singularem mentionem facere.* 30 † *Quia vero successionis & conditionalis institutionis, nepotum suorum aliquoties mentionem fecimus, non abs re erit, si de utroque accuratius subiiciamus.*

Sectio I.

An successio in locum sui, & inde pendens testamentorum ruptio Lege demum Velleâ introducta sit?

Referuntur tres sententiæ nu. 1. & seqq. Negatur, probatur num 6. & in rationibus suis asseritur nu. 7. & seqq. objectionibusque Taurell. & aliorum occurritur num. 23.

1 † *Super hac controversia reperio tres sententias.*

2 † Unam, *quæ simpliciter adfirmat, ut Alciat.* lib. 1. paradox 19. n. 5. & seqq. *quem sequuntur Duaren. & Cuiac. & ante eos Salycet. & Iason.* in l. 2. C. de lib. præter. *Coras.* hic.

3 † Alteram, *quæ simpliciter negat, ut Henr. à Suerin.* cap. 38. rep. lect. ad §. idem credendum supra & ad h. §. n. *Hotom.* ad d. §. idem *plenissimè Anton. Fab.* lib. 9. coniect. c. 18.

† Ter-

† Tertiam, *quæ intermedia est, jus succeden-* 4
di in locum sui quidem iure antiquissimo fuisse inductum, facultatem vero rumpendi ad exemplum verorum posthumorum Legem demum Velleam permisisse l. 13. de inj. rupt. irr. test. §. posthumorum Inst. de exher. lib. *ut post Vigl.* d. §. posthumorum. n. 11. *Eman. Costa.* ad §. & quid si tantum h. l. part. 4. num. 33. §. probabilius itaque.

† *Quæ ipsa sententia secus quam modo* d. l. *pu-* 5
tat Costa Lælii Taurelli est in subtilissima præfatione ad L. Velleam pag. mihi 306. & 308. *Siquidem ibidem non de successione omni, sed ea saltem, quæ post testamentum fit diserte loquitur.*

† *Mihi negativa verior videtur* 1. *quia suc-* 6
cessio hæc ex naturali æquitate, hoc est, ordine quodam naturali oritur. l. §. si filius 4. de his & legit. *non solum in successione testamentariâ, verum etiam ab intestato: non solum, ubi filius in potestate esse desiit, verum etiam, ubi non desiit* d. l. 1. §. 4. 5. *&* seqq. *Ergo non verisimile fit eam per L. demum Velleam, quæ saltem ad testamenta pertinet, inductam fuisse.* † *Neque puto ullam hac in par-* 7
te inter causam testati & intestati differentiam fuisse, ut Alciat. d. cap. 19. in fin. *existimat; siquidem utrobique nepotem in potestate avi esse dicimus, & successionem eo vivo repræsentatione quadam contingere supponimus.*

† *Unde, si quidem ista, ubi testamentum non* 8
exstat, ut ita loquar ascensio nepotem in primo gradu constituit, & causa sit cur suus avo fiat, non

video

video, quatenus idem in casu exstantis testamenti non sit dicendum.

9 † II. *Quia sine dubio nepotes, quorum pater tempore testamenti jam præmortuus erat, avo mortuo hanc successione fiebant. Ergò & quandoque post testamentum decederet. Antecedens patet, quia lex hæc spectat saltem ad posteriores, qui successione rumpere possunt. At priores etiam usque ad tempora Iustiniani licitè, etsi sui essent, præteriri poterant.*

10 † *Ratio conseq. est, quod hactenus nihil inter eos interfit, nisi quod uti* memb. I. *diximus ante testamentum in locum sui succedentes, iudicio testatoris, hi vero nostri per oblivionem magis præteriti censeantur, & proindè secus quàm illi ad instar posthumorum ex jure antiquissimo rumpant.*

11 † *Vnde quidem III. cùm idem metus ruptionis suberat, licet in eventum successionis huiusmodi, instituti erant iuxta superius tradita, opus fuit Lege Velleâ, quæ institutionem huiusmodi*, in capite primo *validam diceret, & per eam nepotes vocatos* in secundo *rumpere vetaret.*

12 † *Patet hoc IV.* ex h.§.n. *ubi lex secundo hoc capite*, succedentes non vult rumpere, *quasi*
13 *citra eius impedimentum, antea rupissent:* † *Et clarius* ex §. ille casus infra h. l. *Ubi l. ferte eadem dicitur* non permittere institui, sed vetare rumpi. *Qua prohibitione quid opus esset, si ru-*
14 *ptio iure veteri nulla competiisset.* † *Cui consonat,* quod *idem Scævola* sup. in §. quid si, qui filium

to Lo-

§. Legem hanc multos rumpendi casus abstu-
lisse profitetur. Si abstulit, certè antea contige-
runt & ruptionis effectum obtinuerunt. † Et 15
probabile non est, quod Taurell. d. l. opinatur, hac
parte legis fuisse quidem inductum, ut successione
nepotis testamentum rumpatur, sed nihilominus
eadem simul provisum, ut illud ipsum instituto
vel exheredato nepote incolume permaneat.

† Siquidem hoc esset vulnus inferre, & non id, 16
quod iuris veteris scrupulositas intulerat, curare,
quod benè observat Anton. Fab. d. l. 9. conjec.
18. col. 2. † Alioquin nonne consultius fuisset, 17
& testamentis favorabilius, nullam ea de re legem
ferri? quippè quæ longè certius substitissent, nec
ulli periculo, quæ inductâ per Legem facultate
rumpendi multiplicia exoriri poßint, eversionis
subiacuissent. † Clarißimè autem sententiam 18
hanc Taurelli destruit finis huius Legis, cuius gra-
tiâ lata fuit, confirmatio scilicet Testamentorum;
l. 10. §. qui filium 2. testam. tutel. quam certè
in hoc secundo capite Velleius potißimùm inten-
dit, sicut & in primo licet paulò remotiùs. † At 19
certe non nisi ridicule dicitur lex confirmare id,
cuius ipsamet causam infirmandi largißime suppe-
ditavit; optime verò, si vulnus anteriori jure in-
flictum, vel potius infligendum excipiat, & remoto
argutæ scrupulositatis impedimento institutionem
nepotem concernente avertat.

† Sicut in simili Lex Cornelia, non alio sensu 20
testamenta eorum, qui in hostium potestate deces-
serunt, confirmat, quàm, quia ne ex juris summi

[illegible] pupill. subst. 2 [illegible]

[illegible] coh. [illegible]

20 [illegible] per se addens [illegible] Quando [illegible] patris [illegible] substitut posse dici [illegible] vel exheredari [illegible] post [illegible] non [illegible] & post legem [illegible] & ante legem [illegible] institui vel exheredari [illegible]

21 [illegible] quod proba [illegible] summovedo de[illegible] institu[illegible] subsisten[illegible] locum habeat,

22 [illegible] 1 de inutil. stipul. & [illegible] posthumorum Inst. de exhe-red. lib. [illegible] postquam discrate [illegible] vel exhered andos esse [illegible] l. leg. Jun. Vel.

24 [illegible] id previsum [illegible]

25 [illegible] ab Is-

de exheredatione potissimum loqui, Ergò quidquid de provisione Leg. Velleæ subnicitur, ad eandem principaliter referendum est, postquam juxta nostrum intellectum memb 1. *propositum Velleus ex eo, quod primo in capite conditionalem institutionem admisit in secundo immediatè infert ad exheredationem & in hunc eventum secus quàm de jure anteriori valituram, & successionis effectum, hoc est, ruptionem testamenti inhibituram. Vnde & Iustinianus disertè subiicit, in eadem exheredationis modum ad similitudinem posthumorum demonstrari.* † *Quocirca dictorum verborum hic erit sensus; Lege Iunia Vellea provisam esse,* primo *quidem* capite, *ut hi nepotes sub conditione rectè exheredari,* secundo, *ne successione testamentum evertere possint, quâ exheredatione hodie omissâ, non aliter Lege Vellea in hoc casu non providente & operante successione testamenta rumpi, atq; olim cum exheredatio huiusmodi planè concessa non esset.* † *Quo ipso simul* 26 27 *patet Responsio* ad l. 34. *ibi*, ut neque ex L. Vellea, C. de inoff. test. *quâ maxime movetur Alciat.* dict. l. *& alii, quam optimè confirmat.* l. 2. ibi sine impedimento L. Vellea succedendo in patris tui locum, rupisti. Cod de liber. præter. testam. *etsi non ita propriè alias aut accuratè in verbosis suis constitutionibus Iustinianus loqui adsoleat.* † *Magis obstat* §. seq. h. l. *ibi* in locum 28 suorū sui heredes succedunto. † Vel *enim hæc* 29 *verba Scævolæ aut Vellei non sunt, quod pluribus existimat Fab.* d. l. col 5. † *Vel Vellei quidem sunt,* 30

ratione per supervenientem captivitatem irrita fiant, impedit l. 28. de vulg. & pupill. subst. l. 12. qui testam. fac. poss. *Ant. Fab.* d. l. col. 4.

21 † *Et ea ipsa, quam pro se addunt Taurell.* l. 2. de vulg. & pupill. subst. *confutatur.* *Quando enim Vlpianus, nepotibus quos patres eorum precedunt, tùm demùm mulier substitui posse dicit, si vel heredes instituti sunt, vel exheredati: hanc subiicit rationem*, quod istis casibus post Legem Velleam succedendo, testamenta non rumpant: *annon à contrario sensu hinc si minime colligitur (non uti Taurellus vult, & post Legem successionem testamenta everrere, & ante legem non evertisse) sed quod antea, licet instituti vel exheredati fuerint, ita succedendo rupissent?*

22 † *Lex enim Vellea successionem ideo quod prohibuit rumpere, non sustulit, sed eam etiamnum admittendo qualitatem ruptionis solummodo detraxit, & ne ita indistinctè, ut olim, licet institutio exheredatione in medio sit (ad cuius subsistentiam tantùm Vlp. ibidem respicit) locum habeat, effecit.*

23 † *Non obstat l.* l. 13. de iniust. rupt. & irr. testam. & §. posthumorum Inst. de exhered. lib. *Vbi Caius & Iustin. postquam dixerant nepotes hos instituendos vel exheredandos esse: ne succedendo in locum filii, quasi agnatione testamentum rumpant, subiiciunt* Id Lege Junia Vellea provisum esse.

24 † *Si provisum est, inquit Taurellus, quid dubitamus ante eam neq; id provisum esse, neq; eiusmodi successionem in locum sui heredis*

25 *extitisse?* † *Respondeo; Gajum & Iustinianum* de ex-

de exheredatione potissimum loqui, Ergo quodcunque de provisione legis Velleæ subjicitur, ad eandem principaliter referendum est, postquam juxta nostrum intellectum memb. 1. propositum Velleius ex eo, quod primo in capite conditionalem institutionem admiserat in secundo immediatè infert ad exheredationem & in hunc eventum [illegible]cus quam de iure anteriori valituram, & successionis effectum, hoc est, ruptionem testamenti inhibituram. Vnde & Iustinianus disertè subjicit, in eadem exheredationis modum ad similitudinem posthumorum demonstrari. † Quocirca dicto- 26
rum verborum hic erit sensus, Lege Iunia Vellea provisam esse, primo quidem capite, ut hi nepotes sub conditione rectè exheredari, secundo, ne successione testamentum evertere possint, quâ exheredatione hodie omissa, non aliter Lege Vellea in hoc casu non providente & operante successione testamenta rumpi, atq; olim cum exheredatio hujusmodi planè concessa non esset. † Quo ipso simul 27
patet Responsio ad l. 34. *ibi*, ut neque ex L. Vellea, C. de inoff. test. *quâ maximè movetur Alciat.* dict. l. & *alii, quam optimè confirmat.* l. 2. ibi sine impedimento L. Velleæ succedendo in patris tui locum, rupisti. Cod. de liber. præter. testam. *etsi non ita propriè aliàs aut accuratè in verbosis suis constitutionibus Iustinianus loqui adsoleat.* † *Magis obstat* §. seq. h. l. *ibi* in locum 28
suorū sui heredes succedunto. † Vel *enim hæc* 29
verba Scævolæ aut Velleii non sunt, quod pluribus existimat Fab. d. l. col. n. † *Vel Velleii quidem sunt,* 30

 sed

sed imperfecte, ut ex hoc nostro & praecedenti paragrapho legenti manifestum fit. Vnde solidum argumentum ex mutilo hoc loco contra alios textus
31 *clariores depromi non potest.* † *Et tam ante diximus, etsi Lex Vellea rumpere prohibuerit, succedendi tamen jus & eius effectum non sustulit, sed solum in casu institutionis exheredationisve al-*
32 *teravit.* † *Quod si ita à Velleo hoc secundo capite scriptum esse dicamus.* SI QVIS EX SVIS HEREDIBVS SVVS HERES ESSE DESIERIT, LIBERI EIVS &c. IN LOCVM SVORVM SVI HEREDIS SVCCEDVNTO, *uti scilicet jure anteriori,* QVI SVB TALI CONDITIONE VEL INSTITVTI VEL EXHEREDATI ERVNT SVCCESSIONE NE RVMPVNTO, *annon ita optimè*
33 *cum nostra sententia concordabunt?* † *Certe exheredationis quoque in capite hoc mentionem factam fuisse Gaius* in d. l. 13. de injust. rupt. & irr. test. & *Iustinianus* in d. §. posthumorum
34 *significatione innuere videntur.* † *Vnde factum probabiliter esse potuit, quod in lege sua jus anterius referret Velleus, & in viridi observantia, nisi exheredatio vel institutio rite facta sit, re-*
35 *linqueret.* †. *Sed & de hoc plus satis. Vide aliter hoc explicantes Ant. Fabr.* d. l. *& Suerin.* ad d. §. seq.

SECTIO II.

An & quomodo sui heredes sub conditione institui exheredarive possint? Ubi de Jure Veteri.

Præmittitur distinctio conditionum n. 3. & postmodo quæstio ipsa vel in persona filiifamilias, ubi ponuntur regulæ & limitationes. n. 13. & seqq. nec non effectus n. 25. vel in filiæ n. 37. vel in nepotibus, qui aut actu sint n. 38. vel saltem potentia, de quibus vel uti erant ante hanc legem nu. 47. vel post eam nu. 48. tractatur, ubi l. 6. §. 1. de hered. instit. explicetur n. 60. usque ad fin.

† *Quæstio hæc difficilis est, & materiam habet,* 1
in qua qui plus scit, plus dubitat Bartol. ait in l. si
pater. 4. C. de Instit. & substit. in pr. † *Nos* 2
quantum angustia tēporis meditati fuerimus, more nostro distinctim proponemus, & unum hoc pro evidentia quæstionis promittemus. † *Nempè* 3
conditionum (*veras hic intelligo in futurum, non in præteritum contingentes non necessarias, possibiles, non impossibiles, de quibus multa Dd.* in d. l. si pater (*alias esse Potestativas, alias Casuales, aliàs Mixtas* l. un. §. sin autem 7. C. de Cad. toll. *vel quod idem est, alias esse simplices, alias mixtas,*
† Simplices *vel potestativas tantum, vel causa-* 4
les tantum. Mixtas, in quibus utraque simplex
concurrit. † Potestativa tantum *est, quæ à so-* 5
le facto & voluntate hominis implere debentis pendet.

6 iet. † *Est vel tota voluntaria ipsi inest, quam in-trinsecam D.C. vocales: Vel tota non inest, sed ex-trinsecum aliquid insuper requirit, quam extrin-secam vocat Salycet.* in l. quoniam 32. C. de
7 inofficios. testam. n. 4. † *Quæ posterior vel ultimo vitæ spiritu impleri potest, qualis est conditio dan-di.* Ut si decem Catoni dederit, *quæ non respicit tam personam quam potius dationem, quæ per a-*
8 *lium quoque fieri potest.* † *Vel impleri ita non potest, qualis est conditio faciendi, ut* si capito-lium ascenderit, *quæ personam ipsam intuetur & ab alio explicari nequit* l. fin. de condit. in-
9 stit. † *Vtraq; tamen licet ita generaliter descri-bi poßit, in exemplis tamen propter varias circum-stantias sæpe variat, & proinde in potestate & ar-bitrio iudicis consistere dicitur,* l. 4. §. 1. ubi Cu-
10 iac. de hered. instit. † Casualis *est, cuius imple-tio tota à casu & fortuna, V. C.* si navis ex Asia
11 venerit: Si Titius factus fuerit consul † Mixta, *cuius impletio partim a voluntate hominis, partim à casu dependet V. C.* legat. ubi fertur si in Hi-spaniam iveris, *dependet enim a fortuna maris & viæ, vide Salycet.* in d. l. si pater. in pr. *Menoch.*
12 lib. 4. præsumpt. 183. num. 2. & seqq. † *Hic ita præmißis distinguendum est, inter* filium & fi-liam cæterosque omnes qui sunt in ulteriori quàm primo gradu. *De utrisq; consideremus Ius Vetus & Novum.*

13 † *De filio iure Veteri duplex est regula I.* Eun-dem sub conditione casuali vel mixta insti-tui non posse. l. 4. l. 86. de hered. instit. l. fin. de

de condit. instit. l. 83. de condit. & demonstr. l. 4. Cod. de instit. & subst.

† *Reperiretur enim in casum deficientis con-* 14 *ditionis, quæ in eius potestate non est, omnino præteritus & sic ipso iure testamentum annullaret, imo propter illam potentiam seu possibilitatem præteritionis pro talis statim, & ab initio habetur, quasi nec expresse institutus, nec in dicto exheredatus sit* § eadem 12. Inst. de hered. quæ ab intest. defer. *Iason* ad d. l. si pater n. 8. ver. & hic pondera.

† Limitatur *hæc regula, nisi* sub contraria 15 conditione, seu in defectum conditionis prioris, sit exheredatus d. l. 86. de hered. instit. d. l. 4. C. de Inst. † *Tunc enim in omnem eventum,* 16 *vel institutum, si conditio existat, vel, si deficiat, exheredatum reperit. Vnde ab initio testamentum subsistit, & formæ legis est satisfactum.*

† Ampliatur hæc limitatio: *quod & tunc pro-* 17 *cedat; si filius pendente conditione decedat, quem articulum fortem, & à Doctoribus ipso anterioribus non resolutum esse dicit Iason* in d. l. si pater. n. 10. v. Ego ultra eos. † Vel *quia oportet* 18 *hic, alium heredem in primo gradu institutum esse, in cuius persona exheredatio confirmetur, quæ cum ab initio adest, statim exheredationem sustentat; secus quàm in casu Galli, ubi nepoti, qui in mortis filij casum saltem institutus est, coheres est assumptus, ut supra* ad §. in omnibus *diximus.*

† Vel *quia ut filio simplici sub conditione casuali* 19 *instituto, testamentum ab initio nullum ideò*

 existit,

existit, quia filius non expressè exheredatur vel institutus est, licet postea conditio forsan existat: ita eodem in defectum eiusdem exheredato testamentum ideò subsistit, quia formæ legis satisfactum est, licèt postea conditio, quando filius moritur, nondum extiterit defeceritvè.

20 † *II. Regula* Filium sub conditione potestativa rectè institui, & si in eius defectum exheredatus non sit. dd. supr. ll. l. §. 4. §. 1. infra de

21 hered. instit. † *Conditio enim hæc non tam deficere, quam potius omitti dicitur. Vnde si cum posset, filius eidem non paret institutionem quasi purificat, uti eleganter ratiocinatur.* Ulp. in l. 1. §. qui sub conditione 8. si quis omiss. caus. testam. *& hereditatem paternā tacitè repudiat, in quem casum exheredatio inepta & supervacanea reputatur* d. l. 86. in pr. de hered. instit. *Confer Iason* d. l. nu. 8. in fin. *Clar.* §. testamentum quæst. 39. n. 1. in fin.

22 † Ampliatur hæc regula, *quod procedat, & si conditio talis sit, quæ non possit impleri ultimo vitæ spiritu, arg.* d. l. 4. §. 1. & 2. l. fin. de condit. instit. *Etsi enim videatur hoc casu, in ultimo vitæ momento præteritus, hoc tamen lex non attendit, cum hoc fiat ex culpâ & negligentia filii instituti, qui in vita suâ facilimè conditionem implere potuit, & non implevit,* arg. l. qui potest. 184. de R. J. *Goffr. Salign.* in d. l. 4. §. sed etsi filio num. 4. *Salycet.* in d. l. pater. n. 3. & 6.

23 † Limitatur vel declaratur potius regula, *quod non procedat, si conditio, per se quidem potestativa*

testati ad mixtā quodammodo degenerer, quod fit, quoties casus inopinatus, & sine culpa heredis, propter quem impleri non possit, supervenerit, tunc enim conditio habetur pro impleta, arg. l. 8. §. 7. vers. idem est de condit. instit. † *Quod bene in-* 24
tellexit Salycet. d. l. n. 14. *& ante eum Bald.* ibid. n. 18. *si casus in totum absorbeat implementum; hoc est, si conditionem omnino certum sit amplius impletam non iri: alias casus ille conditionem solummodò suspēdit.* arg. l. quibus diebus 4. de condit. & demonstrat. *aliter Castrens.* in d. l. 4. n. 6.

† Effectus conditionis potestativæ est, RA- 25
TIONE FILII, *quod cum ex necessario herede faciat, non quidem extraneum, sed tamen voluntarium, ut absq; beneficio Prætoris non parendo conditioni, abstinere possit*, arg. l. 12. de condit. instit. *quod bene docet & deducit Bacchov.* ad vol. 2. *Treutler.* disput. 11. thes. 3. lit. D. pag. 605. & disput. seq. th. 3. lit. B.

† RATIONE PATRIS *testatoris, quod* 26
eum intestatum non faciet.

† *Vbi tamen distinguendum est. Aut e-* 27
nim filius solus institutus est, aut non est. † Si 28
solus institutus non est, *vel habet coheredem vel substitutum.*

† Priori casu, *coheres statim etiam non expe-* 29
ctato conditionis eventu, adire potest, sive postmodò pareat, sive non pareat filius d. l. 4. in pr. verb. sed utrum de hered. instit. *per appositionem enim huiusmodi conditionis statim summotus est, intellige à facultate eversionis, & iure testamentum di-*

tendi nullum, ita verb. summoturo in d. verſ. Goffr. Saliger. ibid. recte intelligit & ſequi videtur Imola ibidem, n. 27. in eadem.

30 † Posteriori casu, aut conditio potuit ultimo vitæ spiritu impleri, & ſubſtitutus demum admittitur post mortem filii d. l. 4. §. 2. niſi fuerit certa dies adiecta l. 5. eodem. aut non poteſt, & tunc in vita quoque deficit, & ſubſtituto locum facit d. l.

31 fin. v. nam ſuperior de condit. inſt. † Si filius ſolus ſit inſtitutus & non parens, patrem facit

32 inteſtatum. † Sed tamen ibidem intereſt, an conditio poſſit impleri ultimo vitæ momento, an non.

33 † Illo caſu, nec ipſe filius, nec heredes eius ab inteſtato avo ſuccedunt. Non filius quia quamdiu is vivit, poßibile eſt conditionem illam impleri. Non heredes, quia ad eos hereditas non eſt tranſmiſſa, vel ex teſtamento, dum conditio nondum fuit impleta, vel ab inteſtato, dum ad filium viventem nunquam fuit devoluta dict. l. 4. §. apud Julianum 5. in fin. ubi gl. in verb. puto, & Caſtrenſ. num. 4. v. Paſq. de ſucceſſ. progreſſ. lib. 1.

34 §. 1. num. 17. & ſeq. † Sed quid ſi expreſſe declaret filius, ſe nolle adimplere conditionem, annon tum ab inteſtato, ipſe, vel liberi eius ſuccedent?

35 † Negat hoc Caſtrenſ. d. l. pro quo facere videtur l. is qui heres 13. de acquir. hered. ubi bene

36 idem Caſtrenſ. num. 4. † Hoc vero caſu, quo moriente filio, conditio impleri, non poteſt, quia certum eſt, conditionem impleri non poſſe, teſtamentum deficit, & ſic ipſe filius, tanquam proximior, ut ſuus ab inteſtato ſuccedit d. l. 4. §. 5. d. l.

§. 5. d. l. fin. 1. l. 12. l. 16. de liber. & posthum. *Vasq.* d. l.

† Hæc de filio, sequitur de filia & nepotibus. *Filiam quod attinet*, ea jure Veteri sub omni conditione rectè instituebatur. l. 7. C. de Inst. & subst. *quia impune præteribatur.* pr. Inst. de exher. lib. l. fin. C. de lib. præter. l. 4. ubi pupill. educ. deb. *de quo paulo post dicemus.* 37

† Nepotes *vel actu sunt sui heredes, & quos nemo tempore testamenti præcedit, vel non sunt.* 38

† De illis, *secus quam contrario modo distinguit Bald.* in d. l. si pater in 6. oppolit. *referente Iasone* ibid. n. 16. v. Secundo *pono regulam affirmativam:* quod sub omni conditione rectè instituantur. 39

† I. *Per* d. l. suus 4. in pr. de hered. instit. *quæ lex de suis actu intelligenda est: tum quia verba in dubio in significatu potentiori accipienda: tùm quia exceptionem continet de actu suo, filio nempe. Ergo de talibus quoq; erit regula concepta, à quâ & est exceptio, & eandem in casibus non exceptis confirmat.* arg l. 4. §. fin. de pec. legat. l. 12. §. 43. v. denique l. 63. §. fin. de cond. & demonstr. † *Tum quia suitatis privilegium* in d. l. 4. *dubitationem facit, quod ipsum non nisi ad eos, qui sui sunt spectat, uti rectè advertit post Alb. Hispan.* in d. l. si pater nu. 265. *Aquilin.* ad §. & quid si tantum super V. quid si nepos &c. n. 21. *quo ipso cessavit responsio, quam adversus rationes hasce notat* ex §. heres & part. 11. instit. de hered. inst. *Iason* d. l. n. 16. circa fin. 40 41

† *II. Per*

42 † 11. Per l. 1. § secundum & v. Item cum filius vel nepos sub OMNI institutus de suis & legit.

43 † *Qui itidem textus, non nisi de alio suo accipi potest, quia diserte dicitur non implet a conditione, admitti ab intestato pronepotem, qui tamen, si pater illius adhuc viveret, per illum penitus excluderetur. Nam instituto sub conditione nepote, aut filius coheres esset, aut exheredatus. Si coheres esset, pars nepoti ipsi adcresceret, si exheredatus, deficiente instituto, & testamento destituto is ab intestato locum haberet.* arg. l. 20. pr. contr. tab. *nisi filium præmortuum esse dicas, quod verisimile non est.* arg. §. supr. h. l. *Aquilin.* d. l. n.

44 23. † *Quin potius, ut idem Vlpian.* in d. l. *à regula progreditur ad exceptionem ita* in d. §. sciendum, *ab exceptione infert ad regulam & hic duas saltem personas nepotis & pronepotis. Vt in priori casu filii & nepotis supponit, confer de h. §. præ cæteris accurate Ioh. de Imola* in d. l. fin. de condit. instit. nu. 25.

45 † *Ratio huius conclusionis est, quod nepotes sui heredes, ab omni iure veteri præteriri possint. Ergò etiam sub quacunque conditione institui.*

46 † *Aliqui hac ratione non contenti, aliam proponunt: nemire, quod jura masculis plusquam fœminis, liberis primi gradus, quam ulterioris faverent. At illa causa est remota, cur possent præteriri, uti latè ostendimus* disp. præced. *Præteritio verò; cur sub omni conditione institui.*

47 † Nepotes potentia sui, *seu quos situs tempore*

fore testamento præteriti, ante Legem Velleam non nisi sub potestativa conditione rectè instituebantur. † *Non enim ita impune ut prio-* 48
res, qui actu jam sui sunt, præteriri poterant propter spem successionis, qua ad exemplum posthumorum, quasi agnascendo, testamentum rumpere possunt. † Post Legem Velleam sub omni 49
conditione rectè instituuntur. l. 6. §. 1. de hered. instit. † Quæ verba l. non ita generali- 50
ter intelligo, *uti Dd. communiter ibidem, quasi sub omni indistinctè conditione, qualis qualis etiã in individuo sit, seu casualis seu mixta institutio licita sit.* † *Nam & in hu nepotibus eadem ratio* 51
præteritionis, quam veram esse causam, cur filius ita institui non possit, iidem Dd. communiter testè Iasone in d. l. si pater. 9. *supponunt, militat.*
† *Nec obstant* vel *verba* d. §. 1. Etsi ad filii con- 52
ditionem redigentur, *de quibus paulò post* vel *ratio diversitatis, quod filio plus leges faverint, quam nepotibus Donell.* ad l. si pater n. fin. in fin. † *Quia* 53
hoc quoad permittendam præteritionem verum est, uti dictum, quæ hic impunis non reperitur.
† *Et aliàs & filiam posthumam sub omni condi-* 54
tione institui liceret, quia & illi si nata jam sit, minus favetur. pr. Inst. de exher. liber. † *Et o-* 55
mnino, uti se habet filia posthuma ad natam: Ita nepotes hi, qui successione demum sui fiunt, & quasi agnascuntur, ad eos, qui sui tempore testamenti jam existunt. §. posthumorum Inst. eod. l. 13. de inj. rupt. & irr. test. *Sed priori casu, filia nata,*
rectè

recte sub omni conditione instituitur: posthumus non item. Ergo & posteriori similiter nepotes.

56 † [illegible] Neque ita illud accipio, *quod tantum sub potestativa institutus concepi valeat.* [illegible] *Costa* ad d. §. & quid [illegible] part. 3. [illegible] & part. 42. & seqq. [illegible] v. hic [illegible] ca-

57 sus nu. 19. † *Reclamat enim* d. l. 6. § 1. *ubi sub*

58 O M N I *dicuntur institui.* † *Nec probo novam eorundem explicationem, qui verba hæc in* d. §. 1. [illegible] ad filii conditionem, *non ad* [illegible] *referunt, hoc sensu, quod tum demum, si in filii locum succedentes jura sui heredis actu obtinuerint, sub omni condi-*

59 *tione institui possint.* † *I. Enim violant textum, dum pro* ETSI *legunt* SI *sine necessitate & contra omnium exemplarium fidem.*

60 † *II. Quia ICtus* in d. §. 1. *loquitur & quærit de posthumis Velleianis ex capite secundo, an & quomodo illi sub conditione institui possint. Ergo etiam de illis, ut talibus instituendis, responsio & decisio* [illegible] *est. Nam alias indubitabile est, postquam successerunt, si testamentum fiat, eos recte præteriri, & dehinc sub omni conditione institui.*

61 † *Quid igitur* de d. §. *habendum? Respondeo Verbum* omni in d. §. *referendum esse ad genera singulorum, non ad singula generum, hoc est, ad omne conditionum genus, quod scilicet institui possint, & sub potestativa & sub fortuita, non vero ad omnia & singula, cujuslibet generis exempla, sed saltem unum aliquod singulare conditionis casu-*

ali-

alii, puta si suo sui fiant, sub qua inutiliter ante instituebantur, ut bene in fine in Lege Velleiana inter alia necessaria fuerit, de quo dictum est supra pluribus. † *Unde hic optime* d. §. 1. *sensus erit,* 62
Nepotes Velleanos, non solum potestativa, sed & fortuita sub conditione institui posse, etsi ad filii conditionem aliquando redigantur vel redigi possint, *ut bene gl. intelligit, quæ præcise sub nulla alia quam potestativa conditione institui potest.* † *Et in hac sententia tanquam* 63
media, propter supra dictas rationes tandem acquievi, postquam idem sentire deprehenderem Boet. Epon. ad pr. h. l. n. 69. *& in effectu illud vetustissimos glossatores Joh. & Azonem, quos gl. ad §. 1. refert inclinare.*

SECTIO III.

De

Jure Novo.

Ius novum itidem I. in filiosfam. consideratur, *Vel ratione conditionis casualis*, circa quam referuntur duæ sententiæ. Prior ponitur n. 4. & seqq. & latè refutatur n. 10. & seqq. ubi l. 32. l. 2. l. 6. §. 1. C. de inoff. testam. explicentur n. 20. & seqq. nec non elegans Pauli. objectio resolvitur nu. 31. *Vel ratione conditionis potestativæ* nu. 42. ubi communis sententia sub certo respectu contra Vasq. probatur, sub certo improbatur n. 52. II Subjicitur de filia n. 57. III. De nepotibus n. 6? IV. de posthumis nu. 72.

† Hæc de jure veteri, sequitur de jure novo.

2 † *Ius novum, quando dico, non hoc volo omnia quæ hactenus dicta sunt antiquata esse, sed vel propter* [illegible] *qui varias correctiones induxerunt, vel propter limitationes, ampliationes, quas supra dictis speciebus jus novius adjecit.*

3 † *In eo itidem, ut in jure veteri videbimus* pri-
4 mo filios, deinde filiam, & nepotes. † *Fi-*
5 *lium* in regula prima & secunda. † *Regulam primam quod attinet, eam Bartolus, & post ipsum Salicet.* in d. l. si pater, *& solidius* in l. quoniam 32. C. de inoffic. testam. n. 5. v. Et ego idem sequor *Iason* d. l. n. 19. v. concludo ergo, *& plures alii, quos prolixè recenset Vasqv.* de success. creat. lib. 1. §. 10. n. 196. *& ante eum Eman. Costa* ad d. §. Et quid si tantum par. 3. n. 105. *sublatam esse, testamentoque subsistente conditionem ad concurrentem usque quantitatem legitima rejici existi-*
6 *mant.* † *Quam sententiam communem esse, & à toto mundo observari ex Castrens.* in d. l. *Iason*
7 *ait* d. l. † *I. Per* l. quoniam 32. & l. omni-
8 modo 3[illegible]. Cod. de inoffi. testam. † *Per* l. quoniam; *omnis conditio vel dilatio ab institutione rejicitur. Per* l. omnimodo, *non in casu saltem quo testamentum, per querelam inofficiosi, sed & quo alio modo evertitur, liberis prospicitur.*
9 † *Vnde cum Iustinianus* in d. l. quoniam *ad* d. l. omnimodo *se refert, prior quoque in omnibus casibus, ut posterior erit intelligenda, hoc est, ubi non saltem testamentum subsistit, & postea rescinditur, verum etiam ubi* [illegible] *ipso jure nullum existit* v. *de hoc argumento latius Vasq.* lib. 3. de suc-
cess.

cell. pr. §. 3. num. 112. & Dauth. de testam. num. 286.

† 11. Per l. 36. §. cum autem. C. eod. quæ iam ex sententia quidem Vasq. de succell. cr. lib. 1. §. 10. num. 200. & Dauth. d. l. num. 285. ita inducitur. Quandocunq; heres institutus gravatus est, hereditatem restituere filio, cum ipse (id est heres) morietur, conditio mortis à fideicommisso usque ad concurrentiam legitimæ quantitatem rejicitur dict. §. cum autem. Quandocunq; heres institutus ita gravatus est, filius sub conditione casuali, si heredi scripto supervixerit, instituitur, l. 79. §. 1. condit. & demonstr. Ergo interdum quando filius sub conditione casuali institutus, nec in ejus defectum exheredatus est, testamentum ipso jure nullum non est, sed conditio solùm à legitima rejicitur, & in residuo hereditatis expectatur. † Verùm videamus, ne non huic sen- 11 tentiæ idem acciderit, quod multis aliis, quæ sub auctoritate communis opinionis tanquam legibus consentaneæ circumferuntur, ab illarum tamen rationibus nimis quàm sunt remotæ. † Cujus 12 falsitatem manifeste deprehendemus; si paullum historiam & occasionem juris per Iustinianum in diversis constitutionibus, quæ sunt in dd. ll. omnimodo & seqq. C. de inoff. testam. successivè circa legitimam liberorum exheredatorum introducti inspiciamus. † Sciendum itaque est. 1. Iure 13 veteri legitimam quocunque titulo particulari rectè potuisse relinqui, modo liberi legitime essent

exheredati, vide quæ scripsi Exercitat. 6. quæst. 5.
14 num. 4. † *Relictum illud aut adæquabat quartam sive legitimam, aut non, si adæquabat, vel erat purum vel conditionatum. Illo casu querelæ inofficiosi, tanquam causa eius cessante, locus non erat,* l. 33. eod. *hoc querela competebat,* arg. l. 12. l. 25. C. eod. *si non adæquabat, ante Iustinianum dabatur querela, nisi adiecta esset clausula,* ut quarta boni viri arbitratu compleretur.
15 l. 25. ff. eod. l. 4. C. th. eod. arg. l. 6. l. 8. C. eod.
† *II. Iustinianum in posteriori casu quo relictum erat minus legitima querelam penitus prohibuisse, & licet de repletione, clausula in testamento adposita nulla fuerit; petitionem eiusdem ipso jure in esse voluisse* d. l. omnimodo 30. ibi: ut sive adjiciantur j. l. 36. in pr. Cod. eod. *v. Elegantem Wesenbec.* ad §. tam a. 3. Inst. de inoffic. testam.
16 † *III Eundem in priori casu, quo integra quidem relicta erat quarta, sed conditione vel alia aliqua dilatione gravata idem sensisse, & ut conditio huiusmodi vel simile gravamen tollatur & pro non scripto habeatur, constituisse* d. l. quoniam
17 32. C. eod. † *IV. Idipsum ad casum, ubi non tantùm legitima, verum universa hereditas per fideicommissum tamen & sub conditione relicta esset, pro rata legitimæ adcommodasse* in l. 36. §. 1. eod.
18 † *V. Testamentum in supra* dd. ll. *ita de jure veteri fuisse comparatum, ut in suis formalibus & solennitatibus quidem subsisteret, verùm ex postfacto, vel ob non adiectam clausulam de supplenda ante Iusti-*

Iustinian. vel ad eandem conditionem post Iustin. per querelam rescinderetur. † Nam si ipso iure 19
fuisset nullum, non opus fuisset novo remedio, vel ex parte liberorum, qui non legitimam, sed integram hereditatem ab intestato haberent, vel ex parte testatorum quorum voluntates, quæ nulla sunt, nō possunt dici intercidere, nec alia quoq; illi, quod per se nullum est auctoritate iuris succurritur, sed bene & æqualiter illi, quod ipso iure subsistit, ex postfacto vero impugnatur. † Patet hoc tùm ex 20
verbis dd. ll. *tùm ex ratione. † Ex verbis* i. d. l. 21
quoniam *ibi*, qui ex antiquis legibus de inofficioso testamento actionem movere poterat, *& paulò post*, testamentum rescinditur, *& infrà* eorum jura, Qui ad memoratam actionem vocabantur, *quod relativum, orationem generaliter limitat, & conditionem importat* l. Stichum qui & ibi Dd. de leg. 1. *Marc. Aquilin.* ad d. §. & quid si in v. quod si nepos n. 45. † *II.* d. l. omni- 22
modo, *ibi*: moveri solebat actio certa, *& ibi*: liberis eam vel aliis personis, *& mox*, si tamen non ingrati. *Et de querela inofficiosi saltem* in d. l. *tractari manifestum est, tum ex dictis, tùm* ex §. 1. *ubi si liberis (intellige a matre vel avo materno quod patet, quia eum locum esse querelæ subiicit) vel præteritis vel (intellige a patre vel avo) exheredatis nihil relictum fuerit, ius vetus incorrectum Iustinianus reliquit. At quale ius? movendæ scilicet actionis, seu querelæ inofficiosi, quam in principio, si vel aliquid in legitimam relictum sit,*

 cessare

23 *cessare ferret.* † Ratio est, *cum quia ipse Iustin.* d. l. omnimodo *ad exheredatos restringit* in l. fin. pr. quod si fuisset. C. de lib. praeter. *Ergo non pertinet ad praeteritos suos, ut rectè Accursi.* d. l. fin. in v. sentiret. *nec ad emancipatos, ex alio quoq; fundamento, quod illi legitimam per fidei-commissum sibi relictam, per contra tabulas b. p. petere possunt* l. 2. §. 12. ad Trebell. *Quod tamen facere non possunt illi, quibus* in d. l. omnimodo *actio ad supplementum conceditur*, arg. l. 8. §. si

24 quis mortis c. cum similib. de inoff. test. † *Unde inverto primum arg. de quib. casibus concepta est* l. omnimodo *de illis quoque exaudienda est.* l. quoniam *At prior tantum loquitur de casibus quib. iure veteri per querelam testamentum impugnari poterat, uti monstratum. Ergò & posterior, & per consequens, ad regulam nostrā iuxta quam*

25 *testamentum ipso iure nullum est, non spectat.* † *Non obstant verba* d. l. omnimodo; ibi vel alio mo-

26 do subvertendis. † *Nam vel illo respicit Iustinianus ad varios modos, quibus exheredatis testamentum parentum, aut tanquam inofficiosum praeter so colore furoris, quod plerumq; fit* l. 5. §. 1. de inoffic. testam. *& unde querela haec inofficiosa dicitur* pr. Inst. eod. *aut tanquam malignum & à sciente factum impugnat, ut Fulgos.* in d. l. omnimodo *quae refert Aquilin.* d. l. n. 41. arg. l. 31. & 34.

27 † *Vel potius referenda sunt ad reliquas personas praeter liberos, de quibus ibidem Iustinianus subiicit; & praesertim ad patronos, ratione successionum*

num libertorum, arg. l. 3. §. 16. de bon. libert. *uti gloss. intelligit, qui non ita, ut liberi inofficiosum liberti testamentum dicere queunt, sed iure novo non minus ac illi ad supplementum agunt* gl. in d. l. † *Hæc de primo argumento, cuius infirmitatem ipse Vasq.* de success. cr. lib. 1. §. 10. num. 20 . *tandem agnoscit, & correctionem nostræ regulæ ex altero argumento, quod ex* d. l. 36. §. cum autem supra num. 1 *deduximus, depromit, cui nunc respondendum est.* † *In quo nego* 28
minorem propositionem: filium in d. l. 36. *fuisse sub conditione institutum, sed legitimam portionem, imò plus quàm legitimam, hoc est, totam hereditatem per fideicommissum ipsi relictum fuisse dico, quod iure Codicis integrum erat testatori, modò alio extraneo instituto filius legitimè esset exheredatus, quod fieri oportebat omnibus istis casibus, quibus legitima legati vel fideicommissi titulo relinqueretur, quicquid etiam in contrarium disputet idem Vasq.* d. l. num. 192. *quod ex* d. l. omnimodo pr. & §. 1. *probaturi sumus.* † *Vnde* 30
cum extraneus in d. §. cum a. *ex asse scriptus fuit, quid aliud restat, quàm ut filium exheredatum fuisse adseramus, quod & titulus, sub quo* d. l. *posita est, & præcedentes leges, ad quas semet refert, iuxta manifeste suadent.* † *Sed huic responsioni* 31
obiicitur elegans argumentum Ioh. Dauthii de testam. num. 285. *quod tale esse videtur.* † *Vti* 32
se habet fideicommissum vel similis titulus particularis, iure Codicis, ad relictionem legitimæ,

ita se hodie ad eandem habet titulus institutionis.
Atqui fideicommissum sub conditione casuali re-
legitimam relictum iure Codicis ex d. l. 30. §. cum
a non annullatur, sed quoad quantitatem legiti-
mæ solum purificatur. Ergo & iure novo institu-
tio non amplius annullabitur, sed conditio solum
33 ad legitimam usque reiicitur. † Ratio maioris pro-
positionis est, quia necessitas relinquendi iure novo
legitimam titulo institutionis, surrogata est ar-
bitrio & facultati relinquendi quocunque titulo
34 particulari de jure Codicis. † Respondeo, aut
præsupponit hoc argumentum solum titulum par-
ticularem suffecisse ad testamentum sustentan-
dum, cuius conditio ad legitimæ quantitatem reii-
ciatur. Aut concedit, requisitam fuisse insuper ex-
35 heredationem. † Priori modo falsissima est mi-
nor propositio, quia ex veriori sententia, quam hic
tanquam principium suppono etiam iure Codicis
testamentum huiusmodi erat ipso iure nullum, vi-
de interim Wes. ad d. §. 3. Inst. de inoff. testam. n. 5.
36 † Posteriori minor vera est, quod scil. testamen-
tum quidem subsisterit, sed tum ad consequentiam
in maiori respondeo, quod surrogatio ea intelligi de-
beat de institutione verâ, & quæ iure quoque veteri
37 fuerit efficax, h. e. recte & legitime facta. † Illa
enim uti antea arbitrij erat, postmodo iure novo
facta est necessitatis, nulla vero peculiaris qualitas
38 eidem fuit addita. † Unde cum huiusmodi sur-
rogationem argumentum hoc præsupponat, insti-
